et non simus in tenebris. Unde non erimus in tenebris? Si amemus fratres. Un
de probatur si amemus fraternitatem? Quia non conscindimus unitatem:
quia tenemus unitatem. Scribo uobis filioli: quia remittuntur uobis peccata
propter nomen eius. Ideo filioli: quia remissis peccatis nascimini. Sed per cuius
nomen remittuntur peccata? Numquid augustini? Ergo nec per nomen donati.
Viderit quis augustinus. aut quis donatus. Nec per nomen pauli: nec per
nomen petri. Nam diuidentibus sibi ecclesiam. et partes facere de unitate co
nantibus. parturiens paruulos mater caritas in apostolo exponit uiscera
sua: conscindit quodammodo uerbis ubera sua. plorat filios quos uidet
efferri: reuocat ad unum nomen eos qui multa nomina sibi facere uolebant: re
pellit ab amore suo. ut xpus ametur. et dicit. Numquid et paulus pro uobis
crucifixus est: aut in nomine pauli baptisati estis? Quid dicit? Nolo mei sitis:
ut mecum sitis. mecum estote. Omnes illius sumus. qui pro nobis mortuus est: qui
pro nobis crucifixus est. Unde et hic dimittuntur uobis peccata propter nomen
eius: non propter nomen alicuius. Scribo uobis patres. Quare primo filii? Quia
remittuntur uobis peccata propter nomen eius: et regeneramini in nouam uitam:
ideo filii. Patres quare? Quia cognouistis eum. qui a principio est. Princi
pium ad paternitatem pertinet. Nouus xpus in carne: sed antiquus in diuinita
te. Quam antiquus putamus? Quot annorum putamus? Ne maior quam
mater sua? Maior plane quam mater. Omnia enim per ipsum facta sunt. Si omnia:
et ipsam matrem antiquus fecit. de qua nasceretur nouus. Putamus ne ante
matrem solam: et non ante auos matris? Antiquus auus matris ipsius ab
raham: et dns dicit: et ante abraham ego sum. Et ante abraham dicimus ce
lum et terram: antequam esset homo facta sunt: ante ista fuit dns. immo est.
Optime enim non ait: ante abraham ego fui. sed ante abraham ego sum. Quod
enim dicitur. quia fui. non est: et quod dicitur. quia erit: non dum est. Ille non nouit. ni
si esse: secundum quod dns est. et esse nouit: fuisse. et futurum esse non nouit. Dies est
ibi unus. sed sempiternus: non ponunt illum diem in medio. hesternus. et cras
tinus. Hesterno enim die finito. incipit hodiernus: uenturo crastino finitur
iste. Unus dies ibi est sine tenebris: sine nocte. sine spaciis: sine mensura.
sine horis. Quid uis illum diem? Si uis. dies est: si uis annus est: et si uis anni
sunt. Dictum est enim de ipso die: et anni tui non deficient. Quomodo autem dictus
est dies? quando dictum est dno: ego hodie genui te. Ab eterno patre genitus.
ex eternitate genitus. in eternitate genitus: nullo inicio. nullo termino:
nullo spacio latitudinis: quia est quod est: quia ipse est qui est. Et nomen suum
dixit moysi. Dices eis: qui est misit me ad uos. Quid ergo ante abraham:
quid ante noe: quid ante adam? Audi scripturam: ante luciferum genui te:
postremo ante celum et terram. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt: et si
ne ipso factum est nichil. Ideo patres agnoscite: patres enim fiunt agnoscendo.
quod est ab inicio. Scribo uobis iuuenes. ffilii sunt: patres sunt: iuuenes sunt
ffilii. quia nascuntur: patres. quia principium agnoscunt. Iuuenes quare?
Quia uicistis malignum. In filiis natiuitas: in patribus antiquitas: in

uincimus fortiando. Si malignus a uincimur: pugnat nobiscū:
pugnat. sed non expugnat. Quare? Quia nos sumus fortes: an quia ille
fortis est in nobis. qui inter manus psequentiū infirmus inuentus est? Ille
nos fortes facit. qui persequentibus non restitit: crucifixus est cū ex infir
mitate. sed uiuit ex uirtute dei. Scribo uobis pueri. Unde pueri? Quia ag
nouistis patrem. Scribo uobis patres. Commendat hoc et repetit: quia cog
nouistis eum qui a principio est. Memento te patres esse. Si obliuiscimini
eum qui a principio est: perdidistis paternitatem. Scribo uobis iuuenes. Etiā
atq; etiam considerate quia iuuenes estis: pugnate ut uincatis. Uincite ut
coronemini: humiles estote. ne in pugna cadatis. Scribo uobis iuuenes: qm
fortes estis. et uerbū dei in uobis manet: et uicistis malignū. Hoc oīa fīs
quia agnouimus id quod a principio est. quia fortes sumꝰ. quia cognoui
mus patrem: omīa ista quasi cognitionem cōmendant. caritatem non com
mendant? Si cognouimus. amemus. Nam cognitio sine caritate nō facit
saluos: sicut scia inflat. caritas edificat. Si confiteri multis. et nō amare: mi
nus demonibus esse similes. Confitebantur demones filiū dei. et dicebāt. quid
nobis. et tibi: et repellebantur. Confitemini: et amplectimini. Ille cū time
bant de iniquitatibus suis: uos amate dimissorem iniquitatum uestrarum.
Sed quomodo poterimus amare deum: si amamus mundum qui nos separat
a caritate dei? Duo sunt genera amoris: mundi et dei. Si mundi amor habitet: non
est quo intret amor dei. Recedat amor mundi. et habitet dei: melior accipiat lo
cum. Amabas mundum: noli amare mundum. Cum exhauseris cor tuū ab amo
re terreno. hauries amorem diuinū: et incipit iam habitare caritas. de qua nihil
mali poterit prouenire. Audite ergo uerba purgantis. Homo quasi agrū in
uenit corda hom. Sed quomodo inuenit? Si siluā inuenit extirpat: si agrū
purgatū inuenit plantat. Plantare ibi uult arborem caritatem: et quā siluam
uult extirpare? Amorem mundi. Audi extirpationē siluę. Nolite diligere mū
dum. hoc cū secutꝰ: neq; ea que in mundo sunt. Si quis dilexerit mundū: dilectio
patris non est in eo. Audistis quia si quis dilexerit mundum: dilectio patris nō
est in ipo? Ne quis dicat in corde suo. falsū esse: hoc filius deus dixit. per apm
spūs suus locutus est: nichil uerius. Si quis dilexerit mundū: dilectio patris nō
est in ipo. Vis habere dilectionē patris: ut sis coheres filij? Noli diligere mun
dum: exclude malū amorem mundi. ut implearis amore dei. Vas es. sed ad
huc plenus es: funde quod habes. ut accipias quod non habes. Certe iam re
nati sūt ex aqua et spū fratres nostri: et nos ante aliquot annos renati su
mus ex aqua et spū sancto. Bonū est nobis. ut non diligamus mundum: ne
remaneant in nobis sacramenta ad damnationem nostram. nō firmamenta
ad salutem. Firmamentū salutis est. habere radicem caritatis. habere uirtute
pietatis: non solū formam. bonam formam. sanctam formam. Sed quid ua
let forma: si non teneat radicem? Sarmentum piscatum nonne in ignem
mittitur? Habet formam: sed in radice. Quomodo autem radicamini: ut
non eradicemini? Tenendo caritatem. sicut dicit apostolus paulus: in caritate ra
dicati. et fundati. Quomodo ibi radicabitur caritas. Inter tanta siluosa amo
ris mundi extirpate siluas. Magnū semen poturi estis: non sit in agro quod
offocet semen. Hoc sunt uerba extirpantia que dixit: nolite diligere mundū
nec ea que sunt in mundo: si quis dilexerit mundum non est caritas patris in
illo: quia omne quod in mundo est. desiderium est carnis. et desiderium oculo
rum. et ambitio seculi. Ista dicit que non sunt ex patre: sed ex mundo sunt.
Et mundus transit. et concupiscentia eius: qui autem fecerit uoluntatem dei.

manet meternū: sicut et ipe manet meternū. Quid uis? Utrū amare tempo-
ralia. et transire cum tpe: an mūdum non amare. et meternū uiuere cum deo?
Rerum temporalium fluuius trahit: sed tamquam circa fluuium arbor nata
est. Dns noster ihus xpus assumpsit carnem. et resurrexit. ascendit in celum:
uoluit se quodammodo circa fluuium temporum plantare. Raperis in pceps.
tene lignū: uoluit te amor mūdi. tene xpm. Propter te factus est tempalis.
ut tu fias eternus: quia et sicut ille factus est tempalis. ut maneret eternus.
Accessit illi aliquid ex tempore: non decessit ex eternitate. Tu autem tempalis
natus es: et per peccatū temporalis factus es. Tu factus es tpalis per peccatū:
ille factus est temporalis per misericordiam dimittendi peccata. Quantū inter
est cum duo sunt in carcere inter eum et uisitatorem ipsius. homo em aliquā-
do uenit ad amicū suū. et intrat uisitare eum. et ambo in carcere uidentur.
sed multū distant et disiuncti sunt. illū causa pmit. illum hūanitas adduxit:
Sic in ista mortalitate nos reatu tenebamur. ille misericorditer descendit. in-
trouuit ad captiuū redemptor. non oppressor. Dns pro nobis sanguinem suum
fudit. et redemit nos: mutauit spem nostram. Ad huc portamus mortalitē
carnis. et de futura immortalitate psumimus: et in mari fluctuamus. sed
anchoram spei in terram iam fiximus. Sed non diligamus mūdū: neqz ea
que in mūdo sūt. Quod em est in mūdo. desideriū carnis est: et desiderium
oculorū. et ambicio seculi. Tria sunt ista. Nequis forte dicat: que in mūdo
sunt fecit. id est celum. et terrā. mare. solem. et lunam. stellas. oīa ornamen-
ta celorum. Que sūt ornamenta maris? Omīa repencia. Que terre? Ani-
malia. arbores. uolatilia: ista sunt in mūdo: deus illa fecit. Quare ergo
non amemus que deus fecit? Spus dei sit in te ut uideas quia omīa bona
sunt: sed ue tibi si amaueris condita. et deserueris conditorem. Pulchra
tibi sunt: sed quanto pulchrior ille est. qui ista formauit Intendat caritas
uestra. Similitudinibus potestis instrui: ne surrepat uobis sathanas di-
cens quod solet dicere: bene nobis sit in creatura dei. Quare illa fecit. nisi
ut bene sit nobis. Et inebriantur. et pereunt: et obliuiscuntur creatorem suum:
dum nō temperanter. sed cupide utuntur creatis: et creator contempnitur.
De talibus dicit aplus: coluerūt et seruierūt creature potius quam creatori.
qui est benedictus in secula. Non te prohibet deus ista amare. sed non diligē
ad beatitudinem: sed approbare. et laudare. ut ames creatorem. Quēadmo-
dum frs. si sponsus faceret sponse sue anulum. et illa acceptū anulū plus di-
ligeret quam sponsum qui illi fecit anulū: nonne in ipo dono sponsi adultera
anima deprehenderetur? Quāuis hoc amaret quod dedit sponsus: tamen
si diceret. sufficit michi iste anulus. iam illius faciem uidere nolo. qualis
esset qui non detestaretur hanc amenciam? Quis non adulterinū animū
cōuinceret? Amas aurū pro uiro: amas anulū pro sponso. Si hoc est in te
ut anulum ames pro sponso tuo. et nolis uidere sponsum tuū: ad hoc tibi
arram dedit. ut non te oppignoraret. sed auerteret. Ad hoc utiqz arram dat
sponsus: ut in arra sua ipe ametur. Ergo dedit deus ista omīa: ama illum
qui fecit. Plus est quod tibi uult dare: id est seipm qui ista fecit. Si aūt ama-
ueris hec quāuis illa deus fecerit. et neglexeris creatorem. et amaueris
mundū: delinquis. Mundus em appellatur non solū ista fabrica quam
fecit deus. celum et terram. mare. uisibilia et inuisibilia. sed habitatores
mundi mundus uocantur: quomodo domus uocatur et parietes. et inhabi-
tantes: et alioquin laudamus domū. et uituperamus inhabitantes. Di-
cimus em bona domus quia marmorata est. pulchra. lataqz: et aliter
dicimus. bona domus. nemo ibi patitur iniuriam. nulle rapine. nulle

oppressiones ibi fiũt: modo non parietes laudamus. sed mhabitatores parietum: domus tamen uocatur. sme illa. sme illa. Amẽ dilectores mũdi qui dilectione mhabitant mundũ. sicut cẽtũ mhabitant quorũ sursum est cor. et ambulant carne m terra. omes cm dilectores mũdi. mũdus uocantur. ipi non habent msi ista tria: desideriũ carnis. desiderium oculorũ. et ambitionẽ sti. Desiderat em manducare. bibere. concũbere: uti uoluptatibus istis. Nũquid non est m hms modus: aut quando dicitur. nolite ista diligere. hoc dicit. ut nõ manducetis. aut non bibatis. aut filios non procreetis? Non hoc dicit: sed sit modus procreare. ut non uos illigent ista dilectione: ad fruendum hoc amctis. quod ad utendum habere debetis. Non aũt probamur: msi quando uobis pponũt duo. hoc. aut illud. Justiciam uis. aut lucra? Non habeo. vnde uiuam: non habeo vnde manducẽ. non habeo vnde bibam. Sed quid si nõ potes hre ista msi per iniquitatem? Non melius amas quod non amittis? quam iniquitatem cõmittis. Lucrũ auri uides: dampnũ fidei nõ uides. Hoc ergo aut dns desideriũ carnis est. id est desideriũ earum rerum que ptinent ad carnẽ. sicut cibus et concubitus. et cetera huiusmodi: et desideriũ oculorũ dicit omes curiositatem. Jam quã late patet ipa curiositas. m spectaculis. m theatris. m sacramentis diaboli. m magicis artibus. m maleficijs ipa est curiositas: aliquãdo etiam temptat seruos dei. ut uelint quasi miraculũ facere. temptare utrũ ex audiat illos deus. In miraculis curiositas est: hoc est desideriũ oculorũ. Non est apta res. Si dedit deus. fac: optulit em ut facias. Non em qui nõ fecerit ut ad regnũ dei non ptinebit? Cũ gauderent apli. quia demonia eis subiecta erant: quid eis ait dns? Nolite in hoc gaudere: sed gaudete. qm nomia uestra scripta sũt in celo. Inde uolunt gaudere aplos: vnde et gaudes et tu. De tibi em: si nomen tuũ non est scriptũ in celo. Nũquid ue tibi: si nõ suscitauerit mortuos? Nũquid ue tibi: si nõ ambulauerit in mari? Nũquid ue tibi: si nõ ejecerit demonia? Si accepisti vnde hoc facias: utere humiliter. non superbe. Nam et de quibusdam pseudo pphetis dixit dns: quia facturi sũt signa et prodigia. Ergo non sit ambitio seculi. Ambitio seculi. superbia est. Jactare se multum honoribus: magnus sibi uidetur homo. sive de diuicijs. sive de aliqua potentia. Tria sũt ista: et michil inuenis vnde temptetur cupiditas humana. msi aut desiderio carnis. aut desiderio oculorũ. aut ambitione seculi. Per tria ista temptatus est dns a diabolo. Desiderio carnis temptatus est. quando dictum est. si filius dei es. dic lapidibus istis ut panes fiant: quãdo eiuni post ieiunium. Sed quomodo repulit temptationem. et docuit pugnare militem: attende quid illi dicit. Non in solo pane uiuet homo: sed in omi uerbo dei. Temptatus est et desiderio oculorũ. de miraculo cm ei dixit. mitte te deorsum. quia scriptum est. qm angelis suis mandauit de te. ut custodiant te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: illi restitit temptatori. Si em faceret miraculũ: non uideretur: msi aut cessisse. aut curiositate fecisse. offert em quãdo uolunt. tamquã deus: sed tamquã infirmos curans. Nam si tũc faceret: quasi tantũmodo miraculũ uoluisse facere putaretur. Sed ne hoc homines sentirent. attende quid respondit: et quando tibi talis temptatio euenerit. dic et illud et tu: Redi post me sathanas. Scriptũ est em. non temptabis dm deum tuum: id est si hoc fecero. temptabo deum. Hoc dixit: quod te uolunt dicere: quando tibi suggerit inimicus. qualis homo. qualis cristianus. modo uel vnũ miraculũ fecisti. aut oracionibus tuis mortuũ suscitauerunt. aut febri

entes sanasti. si uere esses alicuius momenti. faceres aliquod miraculū: respon
de. et dic Scriptū est enī: non temptabis dnm deum tuū. Non ergo tēptabo de
um: quia si tūc ptineam ad deum si fecero miraculū. et non ptineam si non
fecero: ubi sūt uerba eius. Gaudete quia noīa uestra scripta sūt in celo? De
ambitione seculi quomodo temptatus est dns? Quando eum leuauit in excel
sum. et dixit ei: hec oīa tibi dabo. si prostratus adoraueris me. De elatione terrē
regni ~~celorū~~ uoluit temptare regem celorū: sed dns qui fecit celum et terram.
diabolū calcabat Quid magnū a dno diabolū vinci? Quid ergo respondit
diabolo. nisi quod te docuit. ut respondeas. Scriptū est enī. dnm deū tuū
adorabis. et illi soli serues? Tenentes ista. non habebitis cōcupiscētiā mūdi:
non habendo concupiscentiam mūdi. non uos subiugabit nec desiderium
carnis. nec desideriū oculorū. nec ambitio seculi. et facietis locū caritati ue
nienti. ut diligatis deum. Fili: quia fuerit tibi dilectio mūdi: non erit ibi
dilectio dei. Tenete potius dilectionem dei: ut quomodo deus eternus est.
sic et uos maneatis in eternū: quia talis est quisq; qualis eius dilectio est.
Terram diligis. terra eris: deum diligis. quid dicam? Deus eris. Non au
deo dicere ex me: scripturas audiamus. Ego dixi dii estis: et filii excelsi oīs.
Si ergo uultis esse dii. et filii altissimi: nolite diligere mūdum. neq; ea que
i mūdo sūt. Si quis dilexerit mūdum. non est caritas patris in illo: quia
oīa que sūt i mūdo desideriū carnis est. et desideriū oculorū. et ambitio
seculi. que non est ex patre. sed ex mundo est. id est ab hominibus mūdi di
lectoribus. Et mūdus transit. et desideria eius: qui autē facit uolūtatē dei
manet in eternū. sicut et deus manet in eternum Explicit tractatus secū
dus de secūda feria pasche ¶ Incipit tractatus tercius de tercia feria pasche.
Ab eo quod scriptum est. Pueri. nouissima hora est. Usq; non habetis necessi
tatem ut aliquis doceat uos. quia unctio ipius docet uos de oībus

Pueri. nouissima hora est. In hac lectione pueros alloquitur. ut festinet
crescere: quia nouissima hora est. Etas corporis non est in uolūtate.
Ita nullus scdm carnem crescit quando non uult. sicut nullus qndo
uult nascitur. Ubi aūt natiuitas in uolūtate est: et crementum in
uoluntate est. Nemo ex aqua et spū nascit. nisi uolens. Ergo si uult crescit:
si uult decrescit. Quid est crescere? proficere. Quid est decrescere? Deficere. Quisq;
nouit natū esse se ut audiat quia puer est et infans: auide inhiet uberibus
matris. et cito crescet. Est autem mater ecclesia: et ubera eius duo testamenta
scripturarū diuinarum. Hic sugatur lac oīm sacramentorū temporaliter
pro eterna nostra salute gestorum: ut nutritus atq; roboratus puenīat ad
māducandum cibum qui est: in principio erat uerbum. et uerbū erat apud de
um. et deus erat uerbum. Lac nostrū hūilis xpus est: cibus noster idem ipe xps
equalis patri. Lacte te nutrit: ut pane pascat. Nam corde contingere ihesū
spiritaliter: hoc est cognoscere. quia equalis est patri. Propterea et maria
prohibet se tangere. et dicebat ei: noli me tangere. nondū ascendi ad patrem
meum. Quid est hoc? Discipulis se palpandum prebuit: et marie contactū
uitabat. Nonne ipe est qui dubitanti discipulo dixit: mitte digitos. et palpa
cicatrices? Nunquid iam ad patrem ascenderat? Quare ergo mariam pro
hibet. et dicit: noli me tangere. nondum enī ascendi ad patrem? An hoc dic
turi sumus: quod a uiris se tangi non timuit et a mulieribus tangi timuit?
Contactus illius oīem carnem mundat. Num quibus primo manifestari

uoluit ab eis se tamuit contrectari? Nonne uris resurrectio eius per feminas nũ
ciata est: ut contraria arte vinceretur serpens? Quia ille ergo mortem primo
hominꝫ per femmam nũciauit: et uris uita per femmam nunciata est: ut
Quare ergo se tangi noluit: nisi quia contactum illum spiritalem intelligi uoluit?
Contactus spiritalis est de corde mundo. Ille attingit de corde mũdo christum:
qui cum intelligit patri coequalem. Qui autem nondum intelligit diuinitatẽ
christi. usqꝫ ad carnem uenit: usqꝫ ad diuinitatem non uenit. Quod aũt magꝝ
num est usqꝫ illuc attingere: quo usqꝫ psecutores qui crucifixerũt? Illud est magꝝ
nũ intelligere uerbum dñi apud deum in principio. per quod facta sunt oĩa:
qualem se cognoscere uolebat. quando aũt philippo. tanto tpe uobiscum sum.
et non cognouistis me: philippe qui me uidet. uidet et patrem. Sed nequis pigꝝ
sit ad proficiendum audiat. Pueri. nouissima hora est. Proficite. crescite. cur
rite: nouissima hora est. Ipsa hora nouissima diuturna est: tamen nouissiã
est. Horam enim pro tempore posuit: nouissimam. qua in nouissimis tpibus
uenit dns noster ihũs xpũs. Sed dicturi sunt aliqui. Quomodo nouissimum
tpũs: quomodo nouissima hora? Certe primus ueniet antichristus: et tunc
ueniet dies iudicii. Vidit iohes cogitationes istas: ne quasi securi fierẽt. et
ideo nouissimã horam non esse putauerunt. quod uenturus esset antichristus:
aut illis. Et sicut audistis qꝫ antixpus sit uenturus: et nũc antixpi multi
facti sunt. Nunquid alia posset habere multos antichristos: nisi hora nouis
sima? Quod dixit antichristos? Sequit2 et exponit. Vnde cognoscimus quia
nouissima sit hora? Vnde? Quia antichristi multi facti sũt. ex nobis exierũt.
Videte antichristos? ex nobis exierũt. Ergo plangimus dampnũ: audi conso
lationem. Sed non erant ex nobis. Omne hereticum. omne scismatica ex nobis exie
runt. id est ex ecclesia exierunt: sed non exirent si essent ex nobis. antequã
exirent. Ergo non erant ex nobis: si antequam exirent non erant ex nobis.
Multi mtus sunt. non exierũt: sed tamen antichristi sunt. Audemus hoc dicere:
ut quid. nisi ut vnusquisqꝫ cum mtus est. non sit antixpus? Designaturus
eum et descripturus est antichristos: et uidebimus eos nunc. et interrogare
debet vnusquisqꝫ conscientiam suam. an sit antixpus. Latine cum antichristus.
contrarius est xpo: non quodo nonulli intellexũt antixpm ideo dictũ. qꝫ ante
xpm uenturus sit. id est post eũ uenturus sit xpus: non sic dicat2. nec sic scri
bit2. sed est antixpus. id est contrarius xpo. Nam quis contrarius sit xpo nunc ad
uertitis ipo exponente: et intelligitis non posse exire foras nisi antixpos. eos
autem qui non sunt xpo contrarii foras exire nullo mo posse. Qui enim xpo no
est contrarius. in corpore ipius hret: et membrũ computatur. Quia sunt
membra sibi contraria: corpus integritas ex vniuersis membris constat. Et quid
de concordia membrorũ dicat apostolus? Si patitur vnũ membrũ. compatiuntur
oĩa membra: et si glorificatur vnũ membrũ. congaudet oĩa membra. Si go
in glorificatione membri cetera membra congaudent. et in passione oĩa me
bra compatiũtur: concordia membrorũ non habet qꝫ antixpm. Et sunt qui
mtus sic sũt in corpore dñi nostri ihũ xpi. quando ad hunc curatur corpꝰ ipius.
et sanitas perfecta non erit nisi in resurrectione mortuorum: sic sũt in corpe
xpi Quomodo humores mali quando euomũtur tũc relenatur corpus: sic et
mali quando exeũt tũc ecclesia relenatur. et dicat quando eos euomit atqꝫ pi
cat corpus. Ex me exierũt humores isti: sed non erant ex me. Quid est. nõ
erant ex me? Non de carne mea prexi sũt: sed pectus mihi premebant
tum messent. Ex nobis exierũt: sed nolute tristes esse. non erant ex nobis.
Vnde probas? Quod si fuissent ex nobis: permansissent utiqꝫ nobiscũ. Nunc

ergo uideat caritas uestra: quia multi sunt qui nō sūt ex nobis. accipiunt
nobiscū sacramenta. accipiūt nobiscū baptismū. accipiūt nobiscū quod
norūt se fideles accipere. benedictionem eukaristiam. et si quid est in sacrame
tis sanctis: ipsius altaris cōmunicatione accipiūt nobiscū. et nō sūt ex no
bis. Temptacio probat: quia nō ex nobis. Quando illis temptacio uenerit.
uelut ex occasione uenti uolant foras: quia grana non erant. Omēs em
tūc uolabunt. quod sepe dicendū est: cū area dnica ceperit uentilari in die
iudicij. Ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis:
pmansissent utiq; nobiscum. Num uultis nosse fratres carissimi quam
certissime dicatur hoc: ut qui forte exierunt non sūt antixpi. et cū redeūt
non sūt contrarij xpo? Hoc sūt em antixpi. Non potest fieri ut remaneāt
foris: sed uolūtate quisq; sua aut antixpus. aut in xpo est. aut i mēbris
suis. aut in hūoribus malis. Qui se in melius ī mutat. in corpe mē
brū est: qui aūt in malicia pmanet. humor malus est: et qndo exierūt.
releuabūt qui premebant. Ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. Quod
si fuissent ex nobis: pmansissent utiq; nobiscum. Sed ut manifestarent.
quod nō erant omēs ex nobis. Ideo addidit ut manifestarentur: quia intus
cum sūt. non ex nobis sūt: non tamen manifesti sūt. et exeundo manifes
tantur. Et uos unctionem habetis a sancto: ut ipi uobis manifesti sitis.
Unctio spiritalis est ipe spūs sanctus: cui⁹ sacramentū est in unctione ui
sibili. Hanc unctionem xpi dicit omēs qui habent. posse cognoscere bonos
et malos. nec opus esse ut doceantur: quia ipa unctio docet eos. Scribo
uobis: nō quod nescieritis ueritatem. sed quia nostis eam: et quia omē me
dacium ex ueritate nō est. Ecce admoniti sumus: quomodo cognoscamus an
tixpm. Qui est xps ueritas. ipe dixit ego sum ueritas. Omē aūt mēdaciū
non est ex ueritate. Omēs ergo qui mentiūt non dū sunt ex xpo. Non dixit.
quoddam mendaciū ex ueritate: et quoddam mendaciū non ex ueritate.
Sententiam attendite: ne uos palpetis. ne uos aduletis. ne uos decipiatis.
ne uobis illudatis: omē mēdaciū non est ex ueritate. Videam⁹ ergo quōdo
antixpi mentiūtur: qr nō est unū genus mendacij. Quis est mendax:
nisi is qui negat quod ihūs est xpus? Alia significatione ht ihūs. aliam
xpus: cū sit unus ihs xpus saluator noster. Ihūs pprium nomē est illi. qmō
moyses pprio noīe appellatus est. quomō helias. quōmō abraham. sic tāq;
pprium nomē habet dns noster ihs: xps aūt sacramēti nomē est: quomodo
si dicatur ppheta. quōdo si dicatur sacerdos. sic xpus cōmendatur unctus.
in quo esset redemptio totius populi isrl. Iste xpus sperabatur uentur⁹ a pplo
iudeorū. et quia hūilis uenit. non est agnitus: quia lapis paruus erat.
offenderūt in illū. et fracti sūt: Sed creuit lapis. et factus est mons magnus.
Et quid ait scriptura? Quicūq; offenderit in lapidem istū conquassabitur:
et sup quē uenerit lapis iste conteret eū. Discernēda sūt uerba. Offenden
tem dixit conquassari: sup quē uenerit conteri. Primo quia hūilis uenit.
offenderūt in illū hoīes: quia excelsus uenturus est ad iudiciū. sup quem
uenerit conteret eum. Sed illū non conteret uenturus: quem nō quassauit
cum uenit. Qui in hūilem non offendit: non formidabit excelsū. ~~Omnibus
em malis. lapis offensionis est xpus~~ Breuiter audistis fratres: qui in hu
milem non offendit. non formidabit excelsum. Omnibus em malis. lapis

offensioms est xp̃us: quidquid dicat xp̃us. amarū est illis. Et cū audite et uidete: certe oēs qui exeūt de ecclesia. et preadunt. antixpi sūt. Nemo dubitat: ipse cū designauit. ex nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: p̄ mansissent utiq; nobiscū. Quicūq; ergo nō manent nobiscū. sed exeūt ex nobis: manifestū est quod antixpi sint. et q̄m probant antichristi: ex mendacio. Et quis est mendax: nisi qui negat. quod ih̄s est xp̃us. Interrogemus hereticos. Quem inuenimus hereticū: qui negat q̄m ih̄s est christus. Dicat caritas uestra magnū sac̄mentum. Attendite q̄d inspirabit nob̄ dn̄s deus: et quid insinuare uobis uelim. Exte exierūt a nobis: et facti sūt donatiste. Interrogam⁹ eos utrū ih̄c sit xp̃us: statim confitent. q̄ ih̄s est xp̃us. Si ergo ille est antixp̃us qui negat esse ih̄m xp̃m: nec nos possūt illi dicere antixp̃os. nec nos illos: quia et nos confitemur. et illi. Si ergo nec illi nos dicūt. nec nos illos: ergo nec illi a nobis exierūt. nec nos ab ipsis. Si cū a nobis nō exierimus: m̄ unitate sumus. Si m̄ unitate sumus: quid factum m̄ hac ciuitate duo altaria: quid factum diuisę domus. diuisa cōgregatio? Quid sanat cōmunis lectus: et diuisus xp̃us? Admonet nos: ut nos fateri quod uerū est: aut ipsi a nobis exierūt. aut nos ab ipsis. Sed absit ut nos ab ipsis. Habemus enim testamētum dn̄i hereditatis: recitemus. et ubi nos inuenimus. Dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionē tuā terminos terre. Tenemus cū hereditatem xp̃i: illi eam nō tenent. non cōmunicant orbi terrarū: nō cōmunicant unitati redempte sanguine xp̃i. Habemus ipm dn̄m resurgentē a mortuis. qui se dubitantibus manibus discipulorū prebuit palpandū: et cum ad hoc illi dubitarent. aut illis. Oportebat xp̃m pati. et resurgere tertia die. et p̄dicari in nōie eius pen̄tiam et remissionē peccatorum. Ubi? Quo? Quibus? Per oēs gentes: incipiens ab hierusalem. Certi sumus de unitate hereditatis. Quisq; huic hereditati non cōmunicat. foras exit: sed non contristemur. ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: p̄ mansissent utiq; nobiscum. Si ergo ex nobis exierūt: antixpi sunt. Si antixpi sunt: mendaces sunt. Si mendaces sunt: negant ih̄m xp̃m. Iterū redimus ad difficultate questionis. Singulos interroga: confitentur ihesum esse xp̃m. Coartat nos angustus intellectus in hac epla. Videtis certe questionem. Hoc questio et nos ipsos turbat: si non intelligatur. Aut nos sum⁹ antixpi: aut ipsi sūt antixpi. Illi nos antixpos uocant. et dicūt quod exiuimus ab eis. nos illos similiter: sed designant hoc epla antixpos. Quicūq; negat quod ih̄us sit christus: ipse est antixp̃us. Iam ergo quaeramus quis neget: et non attendamus ad linguam. sed ad facta. Si cū omēs interrogentur: omēs uno ore confitentur ih̄m esse xp̃m. Quaestat paululū lingua. uitam interrogemus. si inuenerimus hoc. Si ipsa scriptura nobis dixerit: quia negatio non tantum lingua fit. sed et factis. Certe inuenimus multos antixpos: qui ore profitentur xp̃m. et moribus dissentiūt a xpo. Ubi inuenimus hoc? In qua scriptura? Paulū audi aplm: qui de talibus dum loquerer⁹ ait. Confitentur se nosse deum: factis autem negant. Inuenimus et istos antichristos. Quisquis factis negat xp̃m: antixp̃us est. Non audio quod sonet: sed uideo quod agit. Opera loquuntur: et uerba requirimus? Quis cū malus non bñ uult loqui? Sed quid dicat de talibus dn̄s? Ipocrite. quomodo potestis bona loqui. cū sitis mali? Uoces uestras ad aures meas affertis: ego cogitationes uestras inspicio. Uoluntatem malam ibi uideo: et falsos fructus ostenditis. Non inde colligam. Non colligo de tribulis ficus: non colligo de spinis uuas. Unaquaeq; arbor a fructu suo cognoscitur. Ex factis mendax est antichristus: quia ore profert ih̄m esse xp̃m: et factis negat. Ideo mendax: quia aliud

loquitur. aliud negat. Iam ergo fratres si facta interroganda sunt. non solum mul
tos inuenimus antixpos foras exisse: sed multos nondum manifestos. qui minime fo
ras exierunt. Quotquot enim habet ecclesia. periuros. fraudatores. maleficos. sortilogo
rum inquisitores. adulteros. ebriosos. feneratores. mangones. et omnia que numerare
non possumus. si contraria sunt doctrine xpi: contraria sunt uerbo dei. Verbum
autem dei xpus est. Quidquid contrarium uerbo dei: in antixpo est. Antixpus enim xpo
contrarius est. Et uultis nosse quam aperte resistant ipsi xpo? Aliquando euenit
ut aliquid mali faciant. et incipiant corripi: quia xpm non audent blas
phemare. ministros eius blasphemant a quibus corripiuntur. Si autem ostenderis
illis quia xpi uerba dicis. non uerba tua: conantur quantum possunt ut te
conuincant uerba tua te dicere. non uerba xpi. Si autem manifestum fuerit quia
xpi uerba dicis: eunt et xpm incipiunt reprehendere. Quomodo inquiunt. et
quare nos tales fecit? Nonne cottidie hoc dicunt homines conuicti de factis suis?
Praua uoluntate peruersi artificem accusant. Clamat illis artifex de celo:
quia ipse fecit nos. qui nos refecit. Quid te feci? Ego hominem feci. non auariciam:
ego hominem feci non latrocinium: ego hominem feci. non adulterium. Audisti quia me
laudant opera mea ex ore trium puerorum: ipse ympnus erat qui eos ab ig
nibus defendebat. Laudant opera deum dnm: laudat celum. terra. mare. Laudant
omnia que sunt in celo: laudant angeli. laudant stelle. laudant luminaria:
laudat quitquid natat. quidquid uolat. quitquid ambulat. quidquid repit:
laudant ista omnia dnm. Numquid audistis. quia deum laudat auaricia?
Numquid audistis. quia laudat ebrietas: quia laudat luxuria: laudat nu
gacitas? Quitquid ibi non audis laudem dare deo: non fecit dns. Corrige
quod tu fecisti: ut saluetur quod in te deus fecit. Si autem non uis. et amas.
et amplecteris peccata tua: contrarius es xpo. Intus sis. foris sis. antixps es:
intus sis foris sis. palea es. Sed quare foris non es? Quia occasionem uenti
non inuenisti. Iam ista manifesta sunt fratres: ne quis dicat. non colo xpm:
sed dnm colo patrem ipsius. Omnis qui negat filium. nec filium nec patrem habet:
et qui confitetur filium. et filium et patrem habet. Vos grana alloquitur: ut qui
palea erant audiant. et grana fiant. Unusquisque considerans conscientiam suam.
si mundi amator est mutetur: fiat amator xpi. ne sit antixpus. Si quis ei dix
erit quod antixpus sit. irascitur: iniuriam sibi factam putat. ffortassis increpa
cionem minatur. si audiat a litigante quod antixpus sit. dicat ei xpus. Paci
ens esto: si falsum audisti. gaude mecum: quia et ego falsa ab antixpis audio.
Si autem uerum audisti. conuenit conscientiam tuam: et si audire times. esse plus time.
Ergo uos quod ab initio audistis. in uobis permaneat. Quod si in uobis man
serit quod ab initio audistis: et uos in filio et patre manebitis: et hec est pol
licitatio quam ipse pollicitus est. fforte enim quereres mercedem. et diceres. Ecce
in me quod ab initio audiui custodio. obtempero pericula. labores temptacio
nes. pro ista permansione sustineo. Quo fructu: qua mercede? Quid michi
postea dabit: quia in hoc seculo me uideo laborare inter temptaciones? Non
uideo hic requiem esse aliquam. Mortalitas ipsa aggrauat animam: et corpus
quod corrumpitur premit ad inferiora. Sed tolero omnia. ut illud quod ab initio
audiui maneat in me: et dicam deo meo. propter uerba labiorum tuorum ego cus
todiui uias duras. Ad quam ergo mercedem? Audi: et noli deficere. Si defici
ebas in laboribus: promissa mercede fortis esto. Quis est qui operatur in
uinea: et recedat illi de corde quod accepturus est? ffac illum mercedem suam
oblitum: deficiunt manus. Memoria promisse mercedis perseuerantem facit

m opere. et homo promisit qui potest fallere: quãto fortior debes esse m agro dei quando ꝓmisit ueritas. cui nec fieri potest. nec mori. nec fallere ꝑt cum qui promissu est: & quid est ꝓmissum? videamus quid ꝓmisit. Auru est quod hic multu amat hoies: an argentu. an possessiones ad quas fundit hoies auru? quidam multu ament auru. an amena ꝑdia. amplas domus. multa mancipia. aialia nũosa: non est hec quedam merces ad quam nos hortatur ut m labore duremus. Quid dicat merces ista? Vita eterna audistis: et gaudi si exclamastis. Amate quod audistis: et liberamini laboribus uestris. m re quiem uite eterne. Ecce quid promittit deus? vitã eternã. Ecce quid mminat deus? ignẽ eternu. Quid illis ad dexterã constitutis? Venite bñdicti ꝑris mei: ꝑcipite regnu quod uobis paratu est ab origine mũdi. Ad sinistram quid dicit? Ite in ignẽ eternu: qui ꝓparatus est diabolo et angelis eius. Illud nõdu amas: uel hoc time. Memetote ergo fratres mei: quia uitã eternã nobis promisit deus. Nec est inquit pollicitatio quã ipe pollicitus est nobis: uitã eternam. Nemo uos seducat ad mortem ꝓmissionẽ uite eterne desiderate. Quid potest mũdus promittere? Quidq libet promittat: fortassis fastidia morituro promittit. Et qua fronte ad illu qui manet meternu ẽxiturus es? Sed mminat michi potens homo: ut aliquid mali faciat. Quid mminatur? Carceres. cathenas. ignes. tormenta. bestias? Numquid ignẽ eternu? Exhorreste quod mminat omps. ama quod pollicet omps: et uilescat omis mũdus. sine ꝓmittens. sine terrens. Nec scripsi uobis de hys qui uos seducũt: ut sciatis quia unctionẽ quã accepim ab eo ꝑmanet in nobis. Unctionis sacramentu. est ipa uirtus inuisibilis: unctio inuisibilis. spus: unctio inuisibilis. caritas. Illa est. que m quotidiq; fuerit. tamq; radix illi erit: quamus ardente sole aridere non potest. Unde quod radicatu est. nutritur calore solis: non aridet. Et non habetis necessitatem ut aliquis doceat uos: q3 unctio ipius docet uos de omnibus. Quid ergo nos facimus fratres: quia docemus uos? Si unctio ipius docet uos de omnibus. quasi nos sine causa laboramus. Et ut quid tantu laboramus? Dimittamus uos unctionem ipius: et doceat uos unctio ipius. Sed modo michi questionẽ facio: et illi apto ipi facio. Dignetur audire paruulu querentem a se: ipi iohanni dicto. Unctionẽ habebant quibus loquebaris? Tu dixisti. quia unctio ipius docet uos de omnibus: ut quid talem eplam fecisti? Quid illos tu docebas: quid instruebas. quid edificabas? Quam hic uidete magnu sacramentu fratres. Verbor nostror sonus aures ꝑcutit: magister intus est. Nolite putare quemquã hoiem aliquid differre ab hoie. Cu admonere possim ꝑ strepitu uocis nostre: si nõ sit intus qui doceat. inanis fit strepitus noster. A deo autem nos multis nosse? Numquid non sermonem istu omes audistis? Quia multi hinc indocti exituri sut. Quatu ad me ꝑtinet omnibus loquutus sum: sed quibus unctio illa intus nõ loquit. quos spus sanctus non docet intus. indocti recedũt. Magisteria formicarum. adiutoria quedam sut. et admonitiones. Cathedram in celo habet: qui corda docet. Propter aut et ipe in euangelio. Nolite uobis dicere magistrũ in terra: Unus est magister uester xpus. Ipse ergo uobis intus loquatur. quando nemo hoim illuc est: quia et si aliquis est a latere tuo. nullus homo est in corde tuo. et nullus sit in corde tuo: xpus sit in corde tuo. Unctio ipius sit in corde tuo: ne sit in solitudine cor siciens. et non habens fontes quibus irrigetur. Interior ergo magister est qui docet: xpus docet. inspiratio ipius docet. Ubi illius inspiratio et unctio illius non est: formicarum foris crepitum uerba. Sic sut ista uerba fratres que formicarum diximus: quomodo est agricola ad arborem. Formicarum operatur: adhibet aquã. et diligentiam culture. Quamlibet formicarum adhibet: Numquid

poma format? Nunquid nuditatem lignorum uestit umbra foliorum? Nunquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis agit hoc? Audite agricolam apostolum. et uidete quid sumus: et audite magistrum interiorem. Ego plantaui. apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Hec ergo uobis dicimus: ~~Sui~~ Siue plantemus: siue rigemus. loquendo non sumus aliquid: sed ille qui incrementum dat deus. idest unctio illius que docet uos de omnibus Explicit tractatus tercius

Incipit tractatus quartus de quarta feria pasche. Ab eo quod scriptum est. unctio ipsius docet uos de omnibus. et uerax est. et non est mendax. et sicut docuit uos permanete in ipsa. et nunc filioli permanete in eo. et cetera. Usque ad id quod ait. Qui facit iusticiam iustus est. sicut et ille iustus est: qui facit peccatum de diabolo est. quia ab initio diabolus peccat. In hoc manifestatus est filius dei. ut soluat opera diaboli.

Meministis fratres hesternam lectionem ad hoc terminatam: quia non habetis necessitatem ut quis doceat uos. sed ipsa unctio docet uos de omnibus. Hoc autem sicut recordari uos certus sum sic exposuimus uobis: quia nos qui forinsecus loquimur ad aures uestras. ita sumus quasi operarii adhibentes culturam forinsecus ad arborem: sed incrementum dare non possumus. nec fructus formare. Ille autem qui uos creauit et redemit. et uocauit. per fidem et spiritum sanctum habitans in uobis. nisi loquatur uobis intus: sine causa nos perstrepimus. Unde hoc apparet? quia cum multi audiant. non omnibus intus persuadetur quod dicitur: sed illis solis quibus intus loquitur deus. Illis autem intus loquitur: qui ei locum prebent. Illi autem locum deo prebent: qui diabolo locum non prebent. Habitare enim uult diabolus in corde hominis: et loqui ibi omnia que ualent ad seductionem. Sed quid ait dominus ihesus? princeps mundi huius missus est foras. Unde missus est? Nunquid extra celum et terram? Nunquid extra fabricam mundi? Sed extra corda credentium. Foras misso inuasore. habitat redemptor. quia ipse redemit. qui creauit: et diabolus iam forinsecus pugnat. non uincit illum qui intus possidet. Forinsecus autem oppugnat. immittendo uarias temptaciones: sed ille non consentit. cui deus intus loquitur. Et unctio quam audistis. et uera est inquit eadem unctio: id est ipse spiritus dei qui docet homines. mentiri non potest. Et non est mendax. Sicut docuit uos. permanere in ipsa. Et nunc filioli manete in eo: ut cum manifestatus fuerit. habeamus fiduciam in conspectu eius: ut non confundamur ab eo in aduentu eius. Uidetis fratres: credimus in ihesum quem non uidemus: annunciauerunt eum qui uiderunt. qui contrectauerunt. qui uerbum ex ore ipsius audierunt: et ut hoc persuaderent generi humano ab illo missi sunt. non a seipsis ire ausi sunt. Et quo missi sunt? Audistis cum euangelium legeretur: ite predicate euangelium uniuerse creature que sub celo est. Ubique ergo discipuli missi sunt. attestantibus signis. et prodigiis. ut crederetur illis. quia dicebant ea que uiderant: et credimus in eum quem non uidemus. et uenturum eum expectamus. Quicumque illum fide exspectant: cum uenerit gaudebunt. Qui sine fide sunt. cum uenerit. quod nunc non uident erubescent: et confusio illa non erit unius diei et transiet. quomodo solent confundi qui inuenimur in aliqua culpa. et eis insultatur ab hominibus. Confusio illa traducet confusos ad sinistram ut audiant: ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo. et angelis eius. Maneamus ergo in uerbis eius: ne confundamur cum uenerit. Ipse enim in euangelio dicit eis. qui in eum crediderant. Si permanseritis in uerbo meo: uere discipuli mei eritis. Et quasi dicerent. quo fructu: et

cognoscetis mquit ueritatem · et ueritas liberabit uos · Quodo cm̃ salus nostra
m spe : non dū m re · Non enim tenemus iam quod pmissum est : sed uenturū
speramus · fidelis autē est qui promisit · non te fallet : tu tantū noli deficere ·
sed exspecta promissionem · Non cm̃ nouit fallere ueritas · Tu noli esse mendax :
ut aliud profitearis · aliud agas · Tu serua fidem : et ille pollutatorem · Si autē
tu non seruaueris fidem · tu te fraudasti : non ille qui promisit · Si satis qua
iustus est : statote qua omīs qui facit iustitia · ex ipo natus est · Quis nosc̄
modo ex fide est : iustitia pfecta non est nisi m angelis · et vix m angelis · si
deo comparetur : tamen si qua pfecta iustitia aliarū et spiritum quos deus
creauit m angelis est · sanctis · iustis · bonis · nullo lapsu auersis · nulla su
perbia cadentibus · sed manentibus semp m contemplatione uerbi dei · et mchil
aliud dulce habentibus · nisi a quo creati sūt · m hijs pfecta iustitia est : m
nobis autem ex fide cepit esse sedm spm · Audistis cū psalmus legeretur : mapa
te dño m confessione · Quapite mquit · Quicūq; iustitiae nostrae · confessio est pec
catorū · Cepisti non defendere peccatū tuū · iam mchoasti iustitiam : pficietur
autem mte · quando mchil aliud facere delectabit · Quando absorbebitur
mors m uictoria · quando nulla cōcupiscentia titillabit · quando nō erit luc
tamen cū carne et sanguine · quando erit corona uictorie et triūphus de mi
mico : tūc erit pfecta iustitia · Quodo ad huc pugnamus : si pugnamus i sta
dio sumus · certamus · et certamur : sed qui vincat exspectatur · Ille aūt vincat :
qui et quod scrit · nō de uiribus suis psumat · sed de protectore deo · Solus diabolus
aduersus nos pugnat : nos si cū deo sumus · diabolū vincimus · Nam et si tu
solus cū diabolo pugnaueris · vinceris : exercitatus hostis est · Quot palma
rum · Considerate quid egerit : ut mortales nasceremur · Primo ipaz originez
nostrā de paradyso deiecit · Quid ergo faciendū est : quia ille exercitatus est · Ut
uocet omnes aduersus exercitatū diabolū · Habitet mte qui nō pt vinci : et se
curus vincet eum qui vincere solet · Sed quos : nisi m quibus nō habitet deus ·
Nam ut noueritis fres · contempsit adam m paradyso positus precepti dei · et exerc
cercitem uelut m potestate sua esse cupiens · et nolens subdi uoluntati dei : et lap
sus est ab illa immortalitate · ab illa beatitudine · Homo quidam iam exercita
tus · natus mortalis cum sederet m stercore putris uermibus diabolū uincit :
uincit ipe adam · et m iob ipe : quia de genere ipius iob · Ergo adam uictus m
paradyso · uicit m stercore · In paradyso cū esset audiuit psuasionem mulieris ·
quā illi inserat diabolus : m stercore aūt cū esset · aut cue · tamquā una ex in
sipientibus mulieribus locuta es · Ubi autem apposuit : hic responsum dedit ·
Cū esset letus audiuit : cum esset flagellatus uicit · Ideo audite quid sequatur fratres
m ista epla : quia hoc nobis cōmendat · ut diabolū quidem vincamus · sed nō ex
nobis · Si satis quia iustus est aut : statote quia omīs qui facit iustitiā ex deo natus
est · ex deo : ex xpo · Et quia dixit · ex ipo est natus : hortatur nos · Jam ergo quia
nati ex illo sumus · pfecti sumus · Audite · Este qualem dilectionē dedit nobis
pater : ut filij dei uocemur · et simus · Nam qui uocantur et non sunt : quid illi
prodest nome ubi res non est · Quia multi uocantur medici qui curare non
norūt : quia multi uocantur uigiles qui tota nocte dormiūt : Sic multi uocantur
cristiani · et m rebus nō inuenitur · quia hoc quod uocantur non sūt · id est m
uita · m moribus · m fide · m spe · m caritate · Hoc est aute quod audistis fratres :
Este qualem dilectionem dedit nobis pater · ut filij dei uocemur et simus · Prop
ter hoc mundus non cognoscit nos : quia non cognouit eum · Et nos non cognouit
mundus · Totus mundus xpianus est : et totus mundus impius · Per totū cm̃
mundū impij : et p totū mundum pij · Illi illos non cognoscūt · quomō putamus
quia nō cognoscūt · Insultant bene uiuentibus · Attendite et uidete : quia forte

sunt et nr

sunt et inter uos. Unusquisque enim uestrum qui iam pie uiuit. qui contemp-
nit secularia. qui non uult ire ad spectacula. qui non uult se inebriare.
quasi sollempniter. et quod est grauius accedente patrocinio sanctorum dierum
fieri immundus: qui ista facere noluerit. quomodo ei insultatur ab hijs
qui faciunt. Numquid insultaretur ei si agnosceretur? Quare autem non ag-
noscitur? Mundus ~~enim~~ eum non cognoscit. Quis est mundus? Illi habitato-
res mundi: quomodo dicitur domus habitatores eius. Iam ista sepe dicta
sunt: et non ea hodie uobis repetimus. Iam cum audistis mundus in mala sig-
nificatione non intelligatis nisi dilectores mundi: quia per dilectionem inhabitant.
et per quod inhabitant nomen habere meruerunt. Propter hoc mundus non cog-
nouit nos: quia non cognouit eum. Ambulabat et ipse dominus noster ihesus xpus
in carne: erat deus. latebat in infirmitate. Et unde non est cognitus? Quia
omnia peccata arguebat in hominibus. Illi amando delectationes peccatorum non agnosce-
bant deum: amando quod febris suadebat. iniuriam medico faciebant. Quid
ergo? Nos iam nati sumus ex ipso: sed quia in spe sumus. Dilectissimi in-
quit: nunc filij dei sumus. Iam nunc. Quid ergo est quod exspectamus: si
iam filij dei sumus? Et nondum inquit manifestatum est quid erimus. Quid
autem erit aliud quam filij dei? Audi quid sequitur. Scimus quoniam cum apparuerit
similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Intelligat caritas uestra.
Magna res: Scimus quoniam cum apparuerit. similes ei erimus. quoniam uidebimus eum
sicuti est. Iam illud attendit ad quod uocatur. Est. Nostis quod uocatur: est quod
uocatur. et non solum uocatur. sed uere est: incommutabilis est. semper manet: mu-
tari non potest. nulla ex parte corrumpitur: nec proficit. quia perfectum est. nec
deficit. quia eternum est. Et quid est. in principio erat uerbum. et reliqua?
Et quid est hoc: qui cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus est esse se
equalem deo? Hoc modo xpm in forma dei uerbum dei. unicum patri. equalem
patri. non possunt uidere mali: secundum id uero quod uerbum caro factum est. uide-
re potuerunt et mali. quia in die iudicij uidebunt et mali: quia sic ueniet
iudicaturus. quomodo uenerat iudicandus. in ipsa forma homo. Nam male
dictus omnis. qui spem suam ponit in homine. Homo uenit ut iudicaretur. homo ue-
niet ut iudicet. Et si non uidebitur: quid est quod scriptum est. uidebunt in quem
confixerunt? De impijs uero dictum est: quia uidebunt et confundentur. Quomodo
non uidebunt impij: quando alios ponet ad dexteram. et alios ad sinistram? Ad
dexteram positis dicet. uenite benedicti patris mei percipite regnum: ad sinistram
positis. ite in ignem eternum. Uidebunt. sed formam serui: formam dei non uide-
bunt. Quare? quia impij sunt. Et per se dominus dicit. beati mundo corde. quoniam ipsi deum
uidebunt. Ergo uisuri sumus quandam uisionem fratres. quam nec oculus uidit. nec
auris audiuit. nec in cor hominis ascendit: uisionem quandam. uisionem precedentem
omnes pulchritudines terrenas. auri et argenti. nemorumque. camporum.
pulchritudinem maris. et aeris. pulchritudinem solis et lune. pulchritu-
dinem stellarum. pulchritudinem angelorum. omnia superantem: quia ex ipso
omnia pulchra sunt. Quid ergo nos erimus: quando hoc uidebimus quod nobis
promissum est? Similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Quomodo
potuit lingua sonuit: cetera corde cogitentur. Quid enim uel ipse iohannes dicit
ad comparationem eius qui est: uel quid a nobis dici potest hominibus longe
imparibus meritis ipsius? Redeamus ergo ad illam unctionem que intus
docet. quod loqui non possumus: et quia modo uidere non potestis. officium

uestrū m desiderio sit: uita tota xpiana bona sanctū desiderium est. Quod aut desideras nō dū uides. sed desiderando capax efficieris: ut cū uenerit quod uideas implearis. Sicut enī si uelis implere aliquē sinū. et nosti qz magnū est quod dabitur: extendis sinū. uel sacci. uel utris. uel alicui rei. Nosti quātū mssurus es. et uides qz angustus est sinus: extendendo facis capatiorem. Sic deus differendo extendit desideriū. desiderando extendit animū: extendendo facit capatiorem. Desideremus ergo fratres: qz implendi sumus. Vide paulū extendentē sinū: ut possit capere quod uenturū est. Aut enim. Nō qz iam acceperim: aut qz iam pfectus sim. sscs. ego me nō arbitror comphendisse. Quid ergo agis in hac uita: si nō dū apphendisti? Vnū aut que retro oblitus: in ea que ante sut extentus secdm intentionē sequor ad palmā supne uocationis. Extentū se dixit: et secdm intentionē sequi se dixit desiderium se tenebat ad capiendū quod oculus nō uidit. nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit. Hoc est uita nra: ut desiderando extendamur. Tantū ergo nos exercet sanctū desideriū: quātū desideria nra amputauerimus ab amore seculi. Iam dixerimus aliquādo exmamvi quod implendū est. Bono implendus es: funde malū. Puto qz melle te uult implere deus. Si acetо plenus es. ubi mel pones: fidendū est quod portabas. Vas mūdandū est: ipm uas mūdandū est. et si cū labore. cū tritura: ut fiat aptū cuidā rei. Hel dicamus: aureū dicamus: vnū dicamus. Quutquid dicamus. quod dici non pt: quutquid uolumus dicere. deus uocatur. Et quod dicamus. deus: quid dixerimus? Due iste sillabe sut totū quod expectamus? Quutquid ergo dicere uolumus mfra est: extendamus nos in eū. ut cū uenerit implcat. Si mles es erimus: qm uidebimus eū sicuti est. Et omis qui habet spem hanc in ipo. Videtis quia in spe nos posuit: videtis quēadmodū congruit aptus paulus cū coapto suo. Spe salui facti sumus: spes aut̄ que uidet non est spes. Quod enī uidet quis quid sperat? Si enī quod uidemus speramus. per patientiam expectamus: ipa patientia exerceat desideriū. Manet tu. nā manet ille. et persecucra in ambulando ut perueniamus: qua quo tendis nō imgit but. Videte: et omis qui habet hanc spem in ipo. castificat semetipm. sicut et ipe castus est. Videte quēadmodū non abstulit liberū arbitriū ut diceret: castificat semetipm. Quis nos castificat. nisi deus? Sed deus te nolentem non castificat. Ergo quod adiuuatis uolūtatem tuā dno. castificas temetipm. Castificas te. non de te. sed de illo qui uenit ut inhabitet in te: tamen qua agis ibi aliquid uolūtate. ideo et tibi aliquid tributū est ut dicas sicut inuenitur in psalmo: adiutor meus esto ne derelinquas me. Si dicis. adiutor meus esto: agis aliquid. Nam si nichil agis: quomodo ille adiuuat? Omis qui facit peccatū: et iniquitatem faciat. Nemo dicat: aliud est pccm. aliud iniquitas. Nemo dicat: ego pccor homo sum. sed iniquus non sum. Omnis enim qui facit pccm: et iniquitatem faciat. Peccatū iniquitas est. Quid ergo faciamus de pccis nostris. et iniquitatibus? Audi quid dicat. Et statim qua ille manifestatus est. ut pccm auferat: et pccm in ipo non est. In quo nō est pccm: ipe uenit auferre pccm. Nam si esset in illo pccm: auferendū illi esset. non ipe auferret. Omis qui in ipo manet. non peccat. In quātū in ipso manet: in tantū non peccat. Omis qui peccat non uidit eum: neq cognouit eum. ~~Non est mirū~~ Magna questio ista. Dis qui peccat nō uidit eū: neq cognouit eum. Non est mirū: non eum uidimus. sed eū uisuri sumus: non eum cognouimus. sed cognituri sumus: excdm in eū qui nō cogno-

uimus. An forte ex fide cognouimus: et specie non dum cognouimus.
Sed in fide et uidimus. et cognouimus. Si enim non dum uidet fides: quare dicimur
illuminati? Est illuminacio per fidem: est illuminacio per speciem. Modo cum peregrinamur
per fidem ambulamus: non dum per speciem. Ergo et iusticia nostra per fidem est. non
per speciem: erit perfecta iusticia nostra cum uidebimus per speciem. Modo non re-
linquamus eam iusticiam que est in fide: quoniam iustus ex fide uiuit. sicut ait
apostolus. Omnis qui manet in ipso non peccat. Nam omnis qui peccat non uidit eum: neque
cognouit eum. Non credit iste qui peccat: si autem credit. quantum ad fidem
eius pertinet. non peccat. Filioli: nemo uos seducat. Qui facit iusticiam. iustus
est: sicut et ille iustus est. Numquid audiuimus quia iusti sumus sic: ut equales
debeamus nos putare deo? Debetis nosse quid est. sicut. Iam dudum enim dixit:
castificat semetipsum sicut ipse castus est. Iam enim par et equalis est castitas
nostra castitati dei: et iusticia nostra iusticie dei? Quis hoc dicat? Sed. sicut.
non semper ad equalitatem dici solet. quomodo uerbi gracia. Uisa basilica ista
ampla si uelit aliquis facere minorem. sed tamen proporcione ad mensuras
eius. ut uerbi gracia. si lata est ista simplum. et longa duplum. faciat et ille
latam simplum. et longam duplum: uidetur sic fecisse sicut et ista. Sed ista habet
uerbi gracia centum cubitos. illa triginta: et sicut est. impar est. Uidetis
quia non semper sicut. ad parilitatem. et equalitatem refertur: uerbi gracia
uidete quantum sit inter faciem hominis. et imaginem de speculo. facies in ima-
gine. facies in corpore: imago in imagine. corpus in ueritate. Et quid di-
cimus? Nam sicut hic oculi. ita et ibi: sicut hic aures. ita et ibi aures sic.
Dispar est res. Uides quia. sicut. ad similitudinem dicitur. Habemus ergo et
nos imaginem dei. sed non illam quam habet filius equalis patri: tamen et nos
pro modo nostro. Si non sicut ille essemus: ex nulla parte similes diceremur.
Ergo castificat nos sicut et ipse castus est: sed ille castus eternitate. nos casti
fide. Iusti sumus sicut et ille iustus est: sed ille incommutabili perpetuitate. nos
iusti credendo in eum quem non uidemus. ut aliquando uideamus: et cum perfecta fuerit
iusticia nostra. cum facti angelis equales fuerimus. nec tunc illi equabimur.
Quanto ergo ab illo modo longe est: quod nec tunc par erit. Qui facit pec-
catum. de diabolo est: quia ab initio diabolus peccat. De diabolo est: nostis quid
dicat. imitando diabolum. Nam neminem facit diabolus. neminem genuit. ne-
minem creauit: sed quicumque fuerit imitatus diabolum quasi de illo natus sit
filius diaboli. imitando. non proprie nascendo. Quomodo es filius abrahe? Nun-
quid abraham te genuit? Quomodo uidei filii abrahe. non imitantes fidem
abrahe facti sunt filii diaboli. de genere abraham nati sunt. et fidem abrahe
non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sunt. exhereditati sunt. quia non sunt imi-
tati: tu qui non de illo natus es efficieris filius. et sic eris filius imitando:
et si diabolum fueris imitatus quia ille superbus extitit et impius aduersus
deum. eris filius diaboli imitando: non quia creauit te. aut genuit te. In
hoc manifestatus est filius dei. Eya fratres. Omnes peccatores ex diabolo nati sunt:
in quantum peccatores sunt. Adam a deo factus est: sed quoniam consensit diabolo ex di-
abolo natus est: et tales omnes genuit qualis erat. Cum ipsa concupiscencia
nati sumus: et antequam nos debita nostra addamus. de illa dampnacione
nascimur. Nam si cum nullo peccato nascimur: quid est quod cum infantibus ad
baptismum curritur ut soluantur? Ergo duas natiuitates adtendite fratres:
adam. et xpm. Duo homines: sed unus ipsorum homo. alter ipsorum homo deus.

¶ Per hoīem hōīes pāres sum9: per hoīez deū iustificam2. Natiuitas illa de-
iecit ad mortem: natiuitas ista exxit ad uitam. Natiuitas illa traht sclm
pām: natiuitas ista liberat a pāto. ¶ Ideo cm uenit xp̄us homo: ut solueret
pām hom. ¶ In hoc manifestatus est filius dei: ut soluat opa diabli. Cetera
cōmendo caritati uestre: ne uos grauem. ¶ Spā cm quēstio est m qua solue-
da laboramus: qua pāres nos diamus. Si cm quis se dixerit qsē snc
pāto: mendax est. Et m ipīus epla iohīs inuenimus. si dixerim9 qr pām nō
habem9 nos ipos seducimus. et ueritas m nobis non est: et rursus m con-
sequentibus audis. qui natus est ex deo nō pāat. qui facit pām non uidit
eū. neq cognouit eū. Vis qui facit pām ex diablo est. Ex deo nō est pām.
¶ Ireū terret nos. Quomō ex deo nati sum9: et quomō nos fatem2 pāres:
An dicturi sumus: qua de deo nati nō sum9: Et quid faciut ista sānctia
m infantibus: Quid dixit iohēs: Qui natus est ex deo nō pāat. Ipe iohēs
uterq; dicat. Si dixerim9 qr pām non habem9. nos ipos seducim9. et ueritas
m nobis non est. ¶ Magna qstio est. et angusta: ~~adest~~ et ad hanc soluēdam
intenta sedeim9 caritatem uestram. In nomine dñi creas quod mde de-
dexit dñs dissereimus Explicit tractatus quartus. ¶ Incipit tractatus quinti
de quinta feria pasche. Ab eo quod scriptum est. Omīs qui natus est ex deo non
pecat. qua semen eius m ipso manet. et non potest pecare. qua ex deo natus
est. Usq; ad id quod ait. ffiliolı. non diligamus tantum uerbo. sed opere et
ueritate

1 Intente audite obsero uos Qua res non minima uersatur i me-
dio: et non dubito. qua qui hesterno fuistis intenti. quod et hodie
intentius cōuenistis. Est cm quēstio nō parua. quomō dicat i ista
epla. qui natus est ex deo nō pecat: et quomō in cade epla supius
dixerit. si dixerim9 qr pām non habemus. nos ipos seduim9. et ueritas
in nobis non est. Quid facturus est: quē uterq; sermo ex cade epistola in
medio coartauit: Si se confessus fuerit pīdrem. timet ne dicat2 illi: nō
ergo ex deo natus es. qua scriptū est. qui natus est ex deo nō pecat. Si aut
se dixerit iustū. et nō habere pām. accipit ex alia pte plagam ex ipa epla:
Si dixerim9 qr pām non habem9. nos ipos seduim9. et ueritas i nobis nō
est. ¶ Positus ergo homo in medio: quid dicat. et quid confitear2 nō inuent.
Profiteri se esse snc pām periculosū est. non solū periculosum. sed etiā mendo-
sum. Nos ipos inquit seduim9. et ueritas in nobis nō est: si dixerimus
qua pām non habem9. Sed utinā non haberes et diceres. uerum enim
diceres: ne in ueritate pmenda ullū iniquitatis uel uestigiū formi-
dares. Sed ideo male facis si dicis: qua mendacīū dicis. Veritas inquit
in nobis nō est: si dixerim9 qr pām non habemus. Non aut. nō habuim9:
ne forte de pdicta uita dictū uideretur. Habuit cm pām homo iste: sed
ex quo natus est ex deo cepit non habere. Si uta esset: nulla nos angustiaret
questio. Diceremus cm: siim9 pāres. sed modo iustificati sum9. habuim9
pām. sed modo nō habemus. Non hoc aut. Sed quid aut: Si dixerim9 qr
pām non habemus: nos ipos seduimus et ueritas in nobis nō est. ¶ Post
aliquātum rursus. qui natus est inquit ex deo non pecat. Numquid io-
hānes ipe non erat natus ex deo: Si iohēs nō erat natus ex deo. de quo
audistis qua supra pectus dñi recumbebat: aliquis sibi audet promit-
tere regenerationem factam in se. qua ille habere nō meruit qui super

pectus dñi recumbere meruit? Quem dñs plusqm̄ ceteros diligebat: ipsum
solū de spū non genuerat? Adtendite nūc uerba ista. Adhuc angustias
nostras cōmendo: ut ꝑ intencionē uestram que oracio est et pro nobis et pro
uobis. dilatet deus. et det exitū ne aliquis in uerbo eius inueniat occasionē
perdicionis sue: quod uerbū non est ꝑdicatū et cōstriptū. nisi ad medicinā
et salutem. Omīs inquit qui facit pccm̄: et iniquitatem facit. Ne forte dis
cernas: iniquitas est pccm̄. Ne dicas. pccor sum. sed iniquus nō sum: pecca
tū iniquitas est. Et scitis quia in hoc ille manifestatus est. ut peccata aufe
rat: et pccm̄ in illo non est. Et quid prodest nobis. quia uenit sine pccō? Oīs
qui nō peccat in ipso manet: et omīs qui peccat non uidit eum. neqꝫ cognouit
eum. ffilioli: nemo uos seducat. Qui facit iusticiam iustus est: sicut et ille
iustus est. Iam ista diximꝰ. quia scdm̄ quandam similitudinē. non secūdum
equalitatem dici solet: qui facit pccm̄ de diabolo est. quia ab inicio diabolus
peccat. Et hoc diximꝰ: quia neminē creauit diabolus. neqꝫ genuit: sed imi
tatores eius tamquā ex illo nascuntur. In hoc manifestatus est filius dei:
ut soluat opa diabli. Ergo ut soluat pccā. ille uenit qui nō habet pccm̄. De
inde sequitur. Oīs qui natus est ex deo nō facit peccatū. quia semen eius ī
ipso manet: et nō pt̄ peccare quia ex deo natus est. ffortassis scdm̄ quoddam
pccm̄ dixit. non peccat. nō scdm̄ omē pccm̄: ut quod ait. qui natus est ex deo
non pccat. certū quoddam pccm̄ intelligas. quod nō pt̄ admittere homo qui
ex deo natus est: et tale est pccm̄ illud. ut si quisquā hoc admiserit soluat ce
tera. Quod est pccm̄ hoc? ffacere contra mandatū. Quod est mandatum?
Mandatum nouū do uobis: ut uos inuicem diligatis. Intendite. Hoc mā
datū xpi dilectio uocatur: per hanc dilectionē pccā soluūtur. Hec si non te
neatur: et graue pccm̄ est. et radix oīm pccorum. Intendite frs̄: protulimꝰ
aliquid in quo bene intelligentibus soluta est questio. Sed nūquid cū celeri
oribus tantū ambulamus uiam? Et qui tardius ambulant nō sūt relinqndi.
Versemus hoc quibus possumus uerbis: ut ad oīs ꝑueniat. Puto eīm frats:
quia oīs homo sollicitus est pro aīa sua. qui nō sine causa intrat ecclesiam.
qui nō tꝑalia querit in ecclia. qui nō ꝓpterea intrat. ut transigat secularia
negocia. sed ideo intrat ut aliquod sibi eternū promissum teneat: quo donec
ꝑueniat necesse est cogitet quēadmodū ambulet in uia. ne remaneat. ne
retro eat. ne aberret. ne claudicando nō ꝑueniat. Qui ergo sollicitus est:
tardus sit. uelox sit: non recedat de uia. Hoc ergo dixit: quia qui natus
est ex deo non peccat. ffortassis scdm̄ quoddam pccm̄ uoluit intelligi. Nam
erit contrariū illi loco: si dixerimꝰ quia pccm̄ non habemꝰ. nos ipos seduci
mus. et ueritas in nobis non est. Sic ergo solui forte pt̄ questio. Est quoddā
pccm̄ quod nō pt̄ admittere ille qui natus est ex deo: et quo admisso soluūtur
cetera. Quod est hoc pccm̄? Contra mandatū xpi: contra testamentū nouū.
Quid est mandatū nouū? Mandatū nouū do uobis: ut uos inuicē diligatis.
Qui facit contra ueritatem. et contra dilectionē fraternā: non audeat glo
riari et dicere. natū se esse ex deo. Qui aūt in dilectione fraterna cōstitutus
est. certa sūt peccata que nō pt̄ admittere: et hoc maxime ne oderit frēz.
Et quid de ceteris pccis facit. Vnde dictū est. si dixerimus quia pccm̄ nō ha
bemus nos ipos seducimꝰ. et ueritas in nobis non est? Audiat securitatē
de alio loco scripture. Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Carita
tem ergo commendamus: caritatem cōmendat hec epistola. Post resur
rectionem dñs quid aliud interrogauit petrū. nisi amas me? Et parū
fuit semel interrogare. et iterum nichil aliud. et tercio nichil aliud:
cum iam tercio ille tedio affligeretur. quasi non sibi crederet. quomodo

qui nesciret quid in illo ageretur: tamen et primo. et secundo et tertio hoc interrogauit. Ter negauit timor: ter confessus est amor. Ecce amat petrus dominum: quid prestaturus dño? Non ehi et ipe non turbatus est in illo pba: quid retribuã dño pro oibus que retribuit michi? Dum ein hec dicebat in pba: attendebat quanta sibi essent pstita a deo. et querebat quid retribueret deo. et nõ inuenebat. Quicquid ein retribuere uolueris: ab ipo accepisti ut reddas. Et quid inuent quod retribuat? Quod ut dixem⁹ fres ab ipo accelerat: hoc inuent quod retribueret. Calicem salutaris accipiam: et nomen dñi inuocabo. Quis ein dederat illi calicem salutarem: nisi ille cui uolebat retribuere? Accipere aũt calicem salutarem. et inuocare nomen dñi. Hoc est sacrari caritate: et ita sacrari. ut nõ solũ non oderis fratrem. sed ut paratus sis mori pro fratre. Perfecta xpi caritas est. ut paratus sis mori pro fratre. Hanc ipe dñs in se exhibuit: mortuus est pro oibus. orans pro eis a quibus crucifigebat². et dicens. pater ignoste illis quia nesciũt quid faciũt. Sed si solus hoc scirat. non erat magister. si discipulos non habebat: qui sicuti discipuli hoc fecerũt. Lapidabatur stephanus: et genu flexo aut. Dñe. ne statuas hoc delictũ. Amabat a quibus occidebatur: quia et pro ipis moriebatur. Audi et aplm paulũ: et ipe inquit impendar pro aiabus uestris. Inter illos ein erat pro quibus stephanus deprecabatur: quando corũ manibus moriebat². Perfecta ergo caritas hec est. Si quis tanta habuerit caritatem. ut paratus sit etiã pro fribus mori: pfecta in illo caritas est. Sed nũquid mox ut nascitur iam prorsus pfecta est? Ut pficiat² nascitur: cũ fuerit nata nutritur. cum fuerit nutrita roboratur. cũ fuerit roborata pficiat²: cũ ad pfectionẽ uenerit quid dicat? Michi uiuere xps est. et mori lucrum: optabam dissolui. et esse cum xpo. multo ein optimũ: manere in carne necessariũ pter uos. Propt eos uolebat uiuere: pro quibus paratus erat mori. Et ut noueritis qua ipa est pfecta caritas quã non uiolat. et in qua non peccat qui natus est ex deo: hoc dñs dicit petro. petre amas me: et ille amo. et dñs ait: si amas me obsequere michi. Quando ein erat dñs in carne mortali esuriit sitiit: eo tpe quo esuriebat. et sitiebat susceptus est hospicio. ministrauerũt illi qui habuerũt de substãcia sua sicut legim⁹ in euangelio. Susceptit eũ hospicio zacheus: salutis factus est a morbo suscepto medico. Quo morbo? Auaritie. Erat ein ditissimus. et princeps publicanorũ. Attendit sanatiũ a morbo auaritie. Dimidiũ inquit bonorum meorũ do pauperibus. et si cui aliquid tuli. quadruplum reddam. Ideo seruauit alteriũ dimidiũ: non quo faceret. sed unde debita solueret. Susceptit ergo tũc medicũ hospicio. quia erat infirmitas carnis in dño. cui hoc obsequiũ preberent homines: et hoc quia nolunt pstare obsequentibus. Obsequentibus ein prodierat. non illi. Cui ein angeli ministrabãt: horiũ obsequiũ requirebat? Nec helias seruus eius hoc necessariũ aliquando. cui panem et carnẽ p corui⁹ mittebat: et tamẽ ut uidua religiosa benedicetur. mittitur seruus dei. Pascatur a uidua: quem deus in secreto pascebat. Verũtamẽ quãqm de his seruis dei sibi pstent qui eorũ indigentiam cõsiderãt. pter illã mercedem a dño in euangelio manifestissime posita. qui suscipit iustũ in nõie iusti. mercedem iusti accipiet. et qui suscipit pphã in nõie pphete. mercedẽ pphe accipiet. et qui dederit calicem aque frigide uni ex his minimis. tantũ in nõie discipuli. Amen dico uobis. nõ pdet mercedẽ sua: quibus ergo sibi prestent qui hoc faciũt. tamen nõ hoc poterant preberi ostensiue in celũ. Quod illi poterat retribuere petrus qui amat illũ? Audi quid. pasce oues meas: id est fac pro fratribus. quod pro te fecit. Dñs sanguine meo redemit. uoluit dubitare mori pro ueritatis confessione. ut ceteri

uos imitentur. Sed hec ut diximus fratres perfecta caritas est. Qui natus est ex deo:
habet illam. Intendat caritas uestra: uidete quid dicam. Ecce accepit sacra
mentum natiuitatis homo baptisatus: sacramentum habet. et magnum sacra
mentum. diuinum. sanctum. ineffabile. Considera quale. Vt nouum hominem faciat. di
missione omnium peccatorum. Adtendat tamen in cor si perfectum est ibi quod factum
est in corpore: uideat si habet caritatem. ut tunc natus sit ex deo. Si autem
non habet caracterem quidem impositum habet. sed desertor uagatur. Ha
beat caritatem: aliter se non dicat natum ex deo. Sed habeo inquit sacramentum
Audi apostolum: si sciam omnia sacramenta. et habeam omnem fidem ita ut montes
transferam. caritatem autem non habeam. nichil sum. Hoc si meministis
commendauimus. cum istam epistolam legere ~~cep~~ inceperimus: nichil nobis in ea
sit commendare quomodo caritatem. Et si uidetur alia et alia dicere. illuc facit
reditum: et ad ipsam caritatem omnia uult referre quecumque dixerit. Videamus si
et hic hoc facit. Adtende. omnis qui natus est ex deo non facit peccatum. Querimus
quod peccatum: quia si omne intellexeris contrarium erit illi loco. si dixerimus quia
peccatum non habemus. nos ipsos seducimus. et ueritas in nobis non est. Ergo dicat
quod peccatum. docet nos: ne forte ergo temere dixerim. peccatum hoc esse uiolacionem
caritatis: quia supra dixit. qui odit fratrem suum in tenebris est. et in tene
bris ambulat. et nescit quo eat. quia tenebre excecauerunt oculos eius. Sed
forte dicet aliquis. Dixit in superioribus: et non nominauit caritatem. Videte
quia circuitus ille uerborum hunc habet finem: hunc habet exitum. Omnis qui
natus est ex deo non peccat: quia semen eius in ipso manet. Semen dei: est
uerbum dei. Vnde apostolus dicit: per euangelium ego uos genui. Et non potest peccare:
quia ex deo natus est. Dicat ad huc: uideamus in quo non potest peccare. In hoc
manifestati sunt filii dei: et filii diaboli. Omnis qui non est iustus. de deo non
est: et qui non diligit fratrem suum. Certe iam manifestum est vnde dicit: et qui non
diligit inquam fratrem suum. Dilectio ergo sola discernit inter filios dei: et filios
diaboli. Signent se omnes signo crucis xpi. respondeant omnes amen. cantent
omnes alleluia. baptisentur omnes. intrent ecclesias. faciant parietes basilica
rum: non discernentur filii dei a filiis diaboli. nisi caritate. Qui habent ca
ritatem. nati sunt ex deo: qui non habent. non sunt nati ex deo. Magnum
iudicium: magna discretio. Quidquid uis habe. hoc solum non habeas: nichil
tibi prodest. Alia si non habeas hoc habe: et implesti legem. Qui enim diligit
alterum legem impleuit. ait apostolus: et plenitudo legis caritas. Puto enim
istam margaritam esse illam quam homo negociator quesisse describitur in e
uangelio: qui inuenit vnam margaritam. et uendidit omnia que habebat. et
emit eam. Hec est margarita preciosa caritas. sine qua nichil tibi prodest
quodcumque habueris: quam si solam habeas sufficit tibi. Modo cum fide
uides: tunc cum specie uidebis. Si enim amamus cum non uidemus: quomodo
amplectemur cum uiderimus? Sed ubi nos debemus exercere? In amore
fraterno. Potes michi dicere. non uidi deum: numquid potes michi dicere.
non uidi hominem? Dilige fratrem. Si enim fratrem quem uides dilexeris.
simul uidebis et deum: quia uides et ipsam caritatem. et intus habitat
deus. Qui non est iustus. non est ex deo. et qui non diligit fratrem suum:
quia hec est annunciacio. Vide quomodo confirmat: quia hec est annunciacio
quam audiuimus ab initio. ut diligamus inuicem. Manifestauit inde.
se dicere: contra hoc mandatum quisquis facit. in peccato illo scelerato esse.

m quod mad̃ qui n̄ nascunt̄ ex deo. Non sicut cayn qui ex maligno erat: et occidit fratrem suū. Et cui⁹ rei gratia occidit eū? Quia opa illius mala erant: fratris uero eius iusta. Ergo ubi est mūdia: amor fraternus esse nō pt Intendat caritas uestra: qui mūdet non amat. Spūs caritū diabli est mollo. qua et diabl⁹ mūdando decidit: cecidit em. et mūdus stanti. Non ideo uoluit decidere. ut ipe staret: sed ne solus caderet. Tenete m aīo ex hoc quod subiecta: mundiam nō posse esse m caritate. Habes aperte cum laudaretur ipa caritas: Caritas nō emulat̄. Non fuit caritas in cayn: et nisi esset caritas in abel. nō acceperet sacrificiū eius. Cū em ambo obtulissēt. ille de fructibus terre. ille de pcubus ouiū: quid putatis frēs. qr deus fructū terre neglexit. et pcū ouiū delexit? Non intendit deus ad munꝰ. sed i cor de uidit: et quē uidit cū caritate offerre. ipius sacrificiū respexit: quem uidit cū mundia offerre. ab ipius sacrificio auertit. Opa ergo abel nō diat. nisi caritatē: opa mala cayn nō diat. nisi odiū fraternū. Parū nō est qa odit fr̄em suū: et mundit opibus bonis. Qui imitari noluit. necari uoluit: et hinc apparuit. quia filius erat diaboli: et hinc apparuit iustus dei. Hinc ergo discernūt̄ hoies frēs mei. Nemo attendat lingnas. sed facta. Cor si nō infatuat pro fratribus: ostendit quid in se habeat. Temptatoribus probant̄ hoies. Nolite imitari: si odit uos mūdus. Nūquid sepe nobis dicendū est: mūdus. nō celū. non terra. nec ista opa que deus fecit. sed dilectores mūdi? Ista sepe dicendo quibusdam onerosus sum: sed usq; adeo nō frustra dico. ut aliqui interrogent̄: an dicerem. et non respondeant. Ergo nec inculcando hereat aliquid in cordibus audientiū: quod est mūdus. Mundus est quando in malo ponitur. dilectores mūdi: mūdus. quādo in laude ponit̄. celū et terra est. et que in his opa dei. Unde dicit̄: et mūdus per ipm factus est Item mūdus est plenitudo terre. sicut ipe cohes dixit: non solū aut nostrorū predeū gpiciator est. sed et totius mūdi. Mundi dicit. oīm fideliū per orbem sparsorum. Immundus aute in malo: amatores mūdi sunt. Qui amat mūdum. fratrē amare non possūt. Si odit uos mūdus: nos sām⁹. Quid nos stim⁹? Quia transiim⁹ de morte ad uitā: quia diligimus frēs. Nemo interroget hoiem: redeat unusquisq; ad cor suū. Si ibi inuenerit caritatē fraternā seruari sit: qr de morte transit ad uitam. Quam in dextera est. Non attendat qr modo gloria eius occulta est: cū uenerit dns. tūc apparebit in gloria. Uiget em. sed ad huc in hieme: uiget radix. sed quasi aridi sūt rami. Intus est medulla que uiget: intus folia arborū. intus fructus: sed estatem exspectant. Ergo nos stim⁹ qui transiim⁹ de morte ad uitā: quia diligim⁹ frēs. Qui nō diligit: manebit in morte. Ne putetis fratres leue esse. odisse. aut diligere: audi quid sequit̄. Omis qui odit frem suū: homicida est. Quam ergo si contēpserit quisq; odiū fraternū: nūquid et homicidiū in corde suo est contempturus? Non mouet manus ad occidendū hoiem: et homicida iam tenet̄ a deo. Quia ille: et iste iam interfector iudicatur. Omis qui odit fratrem suū homicida est: et satis qm oīs homicida non hīt uitā eternā in se manentem. In hoc cognoscimus dilectione. Perfectione dilectois. dicit. pfectionem illam qua cōmendauim⁹. In hoc em cognoscim⁹ dilectione. qua ipe pro nobis aiam suā posuit: et nos debemus pro fratribus aias ponere. Ecce unde uincebat: petre amas me. pasce oues meas. Nam ut noueritis qua sicut ab eo pasti uolebat oues suas. ut aiam suam pro ouibus poneret. hoc illi continuo dixit: cū iuuenis esses ps̄mgebas te. et ibas ubi uolebas. cū aut senueris senior. alius te pre

cinget. et tollet te quo tu non uis: hoc aut dixit ait euangelista. significans
qua morte clarificaturus esset deum: ut cui dixerat paste oues meas. doceret
eum ponere aiam pro ouibus suis. Unde incipit caritas ~~uestras~~ fratres.
Modicu adtendite: quo pficiatur. Audistis ipm finem: et modu ipm dns in
euangelio comendauit. Maiorem caritatem nemo habet ait: qua ut aiam
suam ponat pro amicis suis. Perfectionem ergo eius ostendit in euagelio:
et hic commendata est eius perfectio. Sed interrogatis nos: et dicitis nobis.
Quando possumus habere istam caritatem? Noli cito de te desperare: forte
nata est. sed non du pfecta est. Nutri eam: ne offocetur. Sed dicturus es michi.
Et unde noui? Quo em perficiatur audiuim9: unde incipiat audiamus.
Sequitur et dicit. Qui habuerit facultates mudi. et uiderit fratrem suu esu
rientem. et clauserit uiscera sua ab eo: quomodo poterit dilectio dei manere in
eo? Ecce unde incipit caritas. Si nodu es ydoneus mori pro fre. iam ydoneus esto
dare de tuis facultatibus fri: iam pcuciat caritas uiscera tua. ut no de iactan
cia facias. sed de intimo adipe misericordie: ut consideres illu in egestate posi
tum. Si em supflua non potes dare fratri tuo: amma tua potes ponere p fre?
Iacet pecunia in sinu tuo. quam tibi fures possunt aufferre: et si illam no au
ferut fures. moriendo deseres. etiam si te illa uiuentem non deserat. Quid inde
facturus es? Esurit frater tuus. in necessitate positus est. fortassis suspendi
tur. a creditore angustatur. non habet ipe. habes tu. frater est. simul empti
estis. Unu pciu uestrum est. ambo cristi sanguine redempti estis: uide si mi
sereris. qui habes facultates mudi. Quid ad me ptinet forte dicis: ego daturus
sum pecunia meam. ne illam molestiam paciatur? Si tibi hoc respoderit cor
tuu: dilectio patris non inte manet: non es natus ex deo. Quomodo te glo
riaris esse cristianu: si nome habes et facta non habes? Si aut nomen secu
tu non fuerit opus: dicat te quisq paganu. tu factis ostende te cristianu. Na
si factis non ostendis cristianu: oms te cristianu uocent. quid tibi prodest no
men. ubi res no inuenit? Cuq habuerit facultates mudi. et uiderit fratrem
suu egentem. et clauserit uiscera sua ab eo: quomodo potest dilectio dei mane
re cum eo? ffilioli mei: non diligamus uerbo tantu et lingua: sed opere et
ueritate. Puto manifestatu nobis esse magnu et necessariu secretu: et sacra
mentu fratres mei. Quid ualeat caritas oms scriptura comendat: sed nescio
si alicubi amplius qua in ista epla comendatur. Rogamus et obsecramus
uos in dno: ut et illa que audistis. memoriter teneatis. et ad ea que ad huc
dicenda sut donec finiatur ipa epla intenti ueniatis: intenti audiatis. Ape
rite autem cor ad semina bona. exstirpate spinas. ne offocetur i uobis quod
seminatur: sed potius crescat seges. et gaudeat agricola: et horreu uobis
pparet tamqua frumetis. non ignem tamqua paleis Explicit tractatus
quintus. Incipit tractatus sextus de sexta feria. Ab eo quod scriptum est. In
hoc cognoscim9 quia ex ueritate sum9 et cetera. Usq ad id quod ait. Oms spus
qui confitetur ihm xpm in carne uenisse ex deo est: et oms spus qui soluit ihm.
et negat eum in carne uenisse ex deo non est: et hic est anticristus de quo au
distis quod uenturus est. et nunc in isto mundo est.

Si meministis fratres. hesterno nos clausisse sermone ad istam sen
tenciam. que sine dubio manere debuit. et debet in corde uestro. qa
ipam nouissima audistis: filioli. non diligamus uerbo tantum
et lingua. sed opere et ueritate. Et in hoc cognoscim9 quia ex ueri
tate sumus. et coram ipo psuademus cordi nostro: quia si male senserit

cor nostrū. deus maior est corde nostro. et nouit oīa. Dixerat: non diligamus
uerbo et lingua tantum. sed opere et ueritate. Queritur a nobis in quo opere et
in qua ueritate agnoscatur qui diligit deū: uel qui diligit fratrem suū. Iam
superius dixerat. quousq; caritas perficiatur: quod et dns euangelio ait. ma-
iorem hac dilectionem nemo habet. quā ut aiam suā ponat pro amicis suis.
Et iste hoc dixerat: sicut ille aiam suam pro nobis posuit. debemus et nos pro
fribus aias ponere. Hec est perfectio caritatis: et maior dño non potest inueni.
Sed quia in omnibus perfecta non est. et desperare non debet in quo perfecta non est
si iam nata est que perficiatur: et utiq; si nata est nutrienda est. et quibusdā suis
nutrimētis ad perfectionē apta producenda. Quesiuim⁹ inchoationē caritatis
unde capiat: et ibi continuo inuenimus. Si quis habuerit facultates mundi.
et uiderit fratrem suū necessitatem patientem. et clauserit uiscera sua aduer-
sus eum: quomodo dilectio patris manet in eo? Ergo incipit ista caritas fēs
ut de suis superfluis tribuat quis egenti in angustijs aliquibus constituto: ex
eo quod sibi abundat sādm tpūs a tribulatōe temporali liberet fratrem. Hinc est
exordiū caritatis. Hanc ita ceptam si uerbo dei et spe future uite nutrieris:
proficiet ad illam perfectionem. ut paratus sis aiam tuā ponere pro fratribus
tuis. Sed quia multa talia fiunt ab hijs qui alia querunt. et qui futurā non
amant. reuocemur ad testimonium conscientiae. Unde probamus quia multa
talia fiunt ab hijs qui fratrem non amant? Quia multa se in hereticis et schis-
matibus martires dicūt: uidentur q; sibi aiam ponere pro fribus suis. Si pro
fratribus animas ponerent: non se ab unitate fraternitate separarent. Item
quia multi sunt qui iactantiae causa multa distribuūt. multa donāt: et non
ibi querūt nisi laudem humanā. et gloriam popularem. plenam uentis. et
nulla stabilitate solidatam. Quia ergo sunt tales: ubi ergo probanda erit
caritas fraterna? Quia uolunt illam probari. et aut admonens. filioli. non
diligamus uerbo tantū et lingua. sed opere et ueritate: queritur in quo ope-
re in qua ueritate. potest esse manifestus opus: quia tribuere pauperibus? Mul-
ti hoc faciūt iactantia: non dilectione. Potest esse malus opus: quia mori pro
fratribus? Et hoc multi uolūt putare se facere iactantia nomis comparandi:
non uisceribus dilectionis. Restat ut ille diligat fratrem qui ante deum ubi
solus uidet cordi suo persuadet. et interrogat cor suū. an uere propter fratrē dilec-
tionē hoc faciat: et phibet illi testimoniū oculus qui penetrat cor. quod homo
attendere non potest. Ideo paulus apostolus quia paratus erat pro fribus mori.
et dicebat. ipse impendar pro aiabus uestris: tamen q. deus hoc uidebat in
corde ipsius. non hoīes quibus loquebat. aut illis. Michi aut pro minimo est
ut a uobis diiudicer: aut ab humano die. Et ostendit etiā ipse quodā loco. quia
solent ista fieri mala iactantia: no firmamento caritatis. Ait enim ali de ipsius
caritatis cōmendatione loquens: si distribuero oīa mea paupibus. et tradidero
corpus meū ut ardeam. caritatem autem no habeam. michi nichil prodest. Po-
test ergo quisquā hoc facere sine caritate? Nam qui non habent caritate: diui-
serūt uanitatem. Queritur ibi: et uidebitis multos multa tribuere paupibus.
Uidetis alios paratos ad suscipiendam mortem. ut ita ut desinete persecutore.
se ipsos precipitent: isti sine dubio hoc sine caritate faciūt. Reuocem ergo ad
conscientiam. de qua dicit apostolus: Nam gloria nra hec est. testimoniū cōscie nostre.
Reuocemur ad cōsciam de qua idem dicit: opus autē suum probet unusquisq;:
et tunc in semetipso gloriam habebit. et non in altero. Opus ergo suum probet unus-
quisq; nostrū: utrum de uena caritatis emanet: utrū de radice dilectionis

ram bonorum operum pululent. Opus suum autem probet unusquisque ait: et tunc
in semetipso gloriam habebit. et non in altero: non quando illi perhibet testimo-
nium lingua aliena. sed quando perhibet conscientia propria. Hoc ergo hic commendat.
In hoc cognoscimus quia ex ueritate sumus: quando opere et ueritate. non
uerbis et lingua tantum diligimus: et coram ipso persuademus cordi nostro.
Quid est coram ipso? Ubi ipse uidet. Unde dominus in euangelio. cauete inquit
facere iusticiam uestram coram hominibus: ut uideamini ab eis. alioquin mer-
cedem non habebitis apud patrem uestrum. qui in celis est. Et quid est. nesciat si-
nistra tua quid faciat dextera tua: nisi quia dextera pura conscientia est. sinistra
mundi cupiditas? Multi per cupiditatem mundi multa mira faciunt: Sinistra
operatur. non dextera. Dextera debet operari. et nesciente sinistra: ut nec
misceat se cupiditas seculi. quando aliquid boni de dilectione operatur. Et ubi
hoc cognoscimus? Ante deum es. interroga cor tuum: uide quid fecisti. et quid
ibi appetisti: salutem tuam. an laudem hominum uentosam. Intus uide: nam homo
non potest iudicare. qui uidere non potest. Si persuademus cordi nostro. coram ipso per-
suademus: quia si male senciat cor nostrum. id est accuset nos intus: quia
non eo animo facimus quo faciendum est. maior est deus corde nostro. et nouit
omnia. Cor tuum abscondis ab homine: a deo si potes absconde. Quomodo abscondis
ab eo cui dictum est a peccatore quodam timente et confitente: quo ibo a spiritu
et a facie tua quo fugiam? Querebat quo fugeret ut euaderet iudicium
dei: et non inueniebat. Ubi enim non est deus? Si ascendero inquit in celum.
ibi es: si descendero ad infernum. ades. Quo iturus es? Quo fugies? Vis
audire consilium? Si uis ab illo fugere. ad ipsum fuge: Ad ipsum fuge confiten-
do. non ab ipso latendo. Latere enim non potes: sed confiteri potes. Dic illi refu-
gium meum tu es: et nutriatur in te dilectio que sola perducit ad uitam. perhibeat
tibi conscientia tua testimonium: quia ex deo est. Si ex deo est: noli illam uelle
ante homines iactare: quia nec laudes hominum te leuant in celum. nec uituperationes
inde te deponunt. Ille iudicat. qui coronat: ille sit testis quo iudice coronaris.
Maior est deus corde nostro: et nouit omnia. Carissimi: et cor non male senserit.
fiduciam habemus ad deum. Quid est cor non malesenserit? Verum nobis respon-
derit. quia diligimus. et germana dilectio est in nobis non ficta sed sincera:
salutem fraternam querens. nullum emolumentum exspectans a fratre. nisi salutem
ipsius. ffiduciam habeamus ad deum. et quicquid petierimus accipiemus ab eo: quia
mandata eius seruamus. Ideo non in conspectu hominum. sed ubi ipse deus uidet
in corde. fiduciam habeamus ad deum: et quidquid postulauerimus ab eo acci-
piemus. Sed quid? Mandata eius seruamus? Que sunt mandata eius? Nun-
quid semper repetendum est? Mandatum nouum do uobis: ut uos inuicem diligatis
Ipsam caritatem loquitur: ipsam commendat. Quisquis ergo habuerit caritatem frater-
nam. et coram deo habuerit ubi deus uidet. corque eius interrogatum sub iusto
examine non ei responderit aliud. quam germanam esse radicem caritatis
Unde boni fructus existant. habet fiduciam apud deum: et quidquid postulauerit
ab eo accipiet. quia mandata eius seruat. Occurrit questio quedam. quia
non ille aut ille homo. aut tu. aut ego. qui si petiero aliquid a domino deo nostro
et non accepero. facile de me potest dicere unusquisque. non habet caritatem.
et de quolibet homine huius temporis facile dici potest. et senciat quis quod uult. homo
de homine: maiorem questionem non faciunt. nisi illi uiri quos sanctos constat

fuisse cū scribserent. et modo stat cum deo. Quis habet caritatem: si eam paulus non habebat. qui dicebat. os nostrū patet ad uos ℭo corinthij. cor nostrū dilatum est. nō angustiamini in nobis: qui dicebat impendar pro animabus vestris. et tanta gratia in illo erat. ut manifestaretur cum habere caritatem: inuenim⁹ tamen eū petisse. et nō accepisse. Quid diam⁹ fres. Questio est: intenta esto te ad deū. Magna est questio ista. Quomodo de petro ubi dictū est. qui natus est ex deo nō peccat. inuenim⁹ hoc esse petm. violare caritatem. et hoc ppie de sig natū esse in hoc loco: sicut ~~est nō~~ et illuc querim⁹ quid dixerit. Si enī uerba attendas. planū uidetur: si exempla. obscurū est. Verbis hns nichil est planius: et quitq̄ postulauerim⁹ accipiem⁹ ab eo. quia mandata eius seruam⁹. et que placent illi in conspectu eius faciam⁹. Quidest postulauerim⁹ aut. accipiemus ab eo. Angustiauit uehementer: quia et ibi angustiaret si diceret de peccatū. Sed ideo inuenim⁹ locū exponendi. quia de certo petro dixit. nō de oīm. sed de quo dam petro. quod omnib⁹ qui natus est ex deo petm nō facit: et inuenim⁹ ipm q̄dā petm. uiolationē esse caritatis: et habem⁹ exemplū de euāgelio manifestum quando dicit dns. si nō uenissem petm non haberent. Quid ergo. Ad excusandos iudeos uenerat: quia sic loquit⁹. Ergo si ipe nō uenisset. petm non haberent. Presentia ergo media facit egrotos: febrem nō abstulit. Quis hoc uel demens dicat. Ille nō uenit: nisi curare et sanare egrotos. Quare ergo dixit. si nō uenissem petm non haberent: nisi certū quoddam petm uoluit intelligi. Quoddam enī petm nō haberent iudei. Quod petm. Quod in eū nō credidērūt: quod presentē contempserūt. Sicut ergo ibi petm dixit. et nō est consequens ut omne petm intelligam⁹. sed certū petm: sic et hic nō de petm. ne contrarius sit illi loco ubi ait. si dixerim⁹ q̄ petm non habem⁹ nos ipos seducim⁹. et ueritas in nobis nō est. sed certū quoddam petm. id est uiolatorem caritatis. Hic autē plus nos constrinxit. Si peccauerim⁹ dixit. si nō nos accusauerit cor nostrū. et renūciauerit in conspectu dei. quia uera dilectio est in nobis: quitq̄ postulauerim⁹ ab eo accipiem⁹. Iam ergo dixi caritati uxor fres: nemo attendat ad nos. Quid enī sum⁹ nos: aut quid estis uos. Quid ecclesia dei que nota est omnibus. Et si illi placet. in illa sum⁹ et qui in dilectione. in illa manebim⁹: ibi pseuderemus. si uolum⁹ ostendere dilectionē quā habem⁹. Veritatemne de apto paulo quid mali sentiri sum⁹. Ipe enī diligebat fres. Apud ipm non erat testimonium conscientie eius in conspectu dei. Non erat in paulo radix illa caritatis: unde ob fructus bonū procedebant. Quis hoc demens dixerit. Ubi ergo inuenimus petisse apm. et nō accepisse. Aut ipe: ne magnitudine reuelationū ne extollar. datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet: propter quod ter dnm rogaui. ut auferret eū a me. et dixit mihi: sufficit tibi gra mea. nam uirtus in infirmitate perficit. Ecce nō est exauditus: aut ut auferret ab illo angelus sathane. Sed quare. Quia nō ei proderat. Ergo exauditus est ad salutem: qui nō est exaudit⁹ ad uoluntate. Nouerit magnum sanctum caritas uestra: quod ideo commendam⁹ uobis. ne excidat uobis in temptacoibus uestris. Sancti ad salutē oēs exaudiunt. Nemp exaudiunt ad salutē eterna: ipam desiderant. quia semper exaudiuntur. Sed si discernamus exauditiones dei: inuenimus enim quosdam nō exauditos ad uoluntatem. et exauditos ad salutē: et iterum

quosdam inuenimus et exauditos ad uolūtatem. et non exauditus ad salu
tem. Hoc discernite: hoc tenete exemplū eius qui non est exauditus ad uo
lūtatem. sed exauditus est ad salutē. Audi aplm paulū: nam ipam exau
dicionē ad salutē ostendit illi deus. Sufficit tibi inquit grā mea: nā uirtus
in infirmitate pficit. Rogasti. clamasti. ter clamasti: ipm semel quod cla
masti audiui: nō auerti aures meas a te: sed noui quid faciam. Tu vis
auferre medicamētū quo cureris: ego noui infirmitatem qua grauaris.
Ergo iste ad salutē exauditus est: ad uolūtatem non est exauditus. Quos inue
nimus exauditos ad uolūtatem: nō exauditos ad salutē? Putamus aliquē
impiū exauditū ad uolūtatem: non exauditū ad salutē? Si alicuius hominis
exemplū posuero: forte dicturus es michi. tu illū dicis iniquū. nā iustus
erat. Si iustus non esset: a deo nō exauditetur. Talem ppositurus sū: de cuius
iniquitate. et impietate nemo dubitet. Diablus ipē petiit iob: et accepit.
Nōne et hic de diablo auditis: q'a qui facit pctm ex diablo est? Nō quia
ille creauit: sed q'a iste imitat. Nōne de illo dictū est: in ueritate nō stetit?
Nōne ille est antiquus ille serpens. qui p feminā uenenū primo homini
propinauit: qui ad ipm iob feminā propterea seruauit. p quā maritus
non consolaretur. sed temptaretur? Ipē diablus petiit sanctū uirū temp
tandum. et accepit: petiit aplus ut auferretur ab eo stimulus carnis. et
non accepit: sed aplus magis exauditus est. quā diablus. Aplus em exau
ditus est ad salutē. et si nō ad uolūtatē: diablus exauditus est ad uolūtatē.
sed ad dampnacionē. Ideo em concessus est iste temptandus: ut eo pbato esset
ille cruciandus. Sed hoc frs non tantū in ueteribus libris inuenimus: sed et in
euangelio. Petierūt demones a dnō cū eos excluderet ab hoīe: ut ire pmitte
rentur in porcos. Non eis posset dicere dns: ut nec illuc accederent? Nō enim
si nollet. rebellaturi erant contra regem celi et terre: certi tamē misterij grā.
et certa dispensacōe dimisit demones in porcos: ut ostenderet eis diabolū do
minari. qui uitam porcorū gerūt. Demones exauditi sūt: aplus nō exaudi
tur? An potius quod uerius est dicimus: immo aplus exauditus est. demones
nō sūt exauditi? Illorū uolūtas facta est: huius sanitas pfecta est. Scdm hoc
intelligere debemus: quia deus et si uolūtati nrē nō dat. saluti dat. Quid si em
hoc petieris quod tibi obest: et medicus nouit quia obest tibi? Nō em te ex
audit medicus quādo forte tu frigida petis: et si prodest. statī dat. si nō pdest.
non dat. Non audiuit. an potius ad salutē exauduit: qui ad uolūtatē con
tradixit? Sit ergo in nobis caritas fratres. sit in uobis. et securi estote: et
quando uobis nō datur quod petitis. exaudimini. sed nescitis. Multi dati sūt
in manus suas malo suo: de quibus aplus dicit. tradidit deus illos in desi
deria cordis eorū. Petiit aliquis magnā pecuniā: accepit malo suo. Quā
do illā nō habebat. parū timebat: habere illam cepit. preda factus est po
tenciori. Nonne malo suo exauditus est: qui uoluit habere unde a latrone
quereretur. quem pauperem nemo querebat? Discite rogare deum: ut me
dico uos cōmittatis. quod ipē nouit faciat. Tu morbū confitearis: ille me
dicamētum adhibeat. Tu tantū tene caritatem: nam ille secare uult. ure
re uult: tu si clamas et nō exaudiris in ustione et tribulacione. nouit ille
quousq; putre est. Tu uis iam ut reuocet manus. et ille uulneris sinum
adtendit. scit quousq; peruenīat: non te exaudit ad uolūtatem. sed exau
dit ad sanitatem. Certi ergo estote fratres mei: quia quod ait aplus. uerū

N est. Quid em oremus. sicut oportet nostimus: sed ipe sps mpellat gemitibus menarrabilibus. quia ipe interpellat pro sanctis. Quid est ipe sps mpellat pro sanctis: nisi ipa caritas que inte per spm facta est. Ideo em dicit idem aplus: caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritu sanctum qui datus est nobis. Caritas ipa gemit. caritas orat: contra hanc aures claudere no nouit. qui illam dedit. Benignus esto. caritas voget: et ubi sunt aures dei. Non fit quod uis: sed fit quod tibi expedit. Ergo quitp postulauerim⁹ inquit accipiem⁹ ab eo. Quam dixi. si ad salute intelligas nulla questio est: si non ad salute. questio est. et magna: que te calumpnatorem faciat paulo aplo Quitp preceptum⁹ accipiemus ab eo. quia mandata eius seruam⁹: et q placet illi in conspectu eius faciam⁹. In conspectu eius: ubi uidet. et que illa mandata sunt: Hoc est inquit mandatu illius: ut credam⁹ in noie filii eius ihu xpi: et diligamus inuicem. Audetis quia hoc est mandatu: audetis q² cont hoc mandatu qui facit. piam facit: quo caret omis qui natus est ex deo. Sicut dedit nobis mandatu: ut diligam⁹ inuice. Audetis q'a michil aliud nobis papit: nisi ut diligam⁹ inuice. et qui seruauerit mandatu eius. in ipo manebit: et ipe in eo. Et in hoc cognoscim⁹ q'a manet in nobis: de spu que dedit nobis. Nonne manifestu est. q'a hoc agit sps sanctus in hoic: ut sit in illo dilectio et caritas. Nonne manifestu est quod aplus: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris p spm sanctu qui datus est nobis. Ide caritate em loquebat²: et dicebat: quia in conspectu dei debem⁹ interrogare cor nostru. Quod si no male sensero ut cor nostru. id est si confiteatur quia de dilectione fris sit. quitp sit in bono ope: tuc sps dei manet in nobis. Accessit etia quod de mandato cu diceret hoc. aut hoc est mandatu eius. ut credam⁹ in noie filii eius ihu xpi. et diligam⁹ inuicem: et qui seruat mandatu ei⁹ in ipo manet et ille in eo. In hoc cognoscim⁹ quia manet in nobis: de spu que dedit nobis. Si em inceperis te habere caritatem: habes spm dei ad intelligendu. Valde em necessaria res est. Iordanis temporibus cadebat sup credentes sps sanctus: et loquebant² linguis q̄b non didicerant. quomo sps dabat eis pronunciare. Signa erant temporis oportuna. Oportebat em ita sigmficari in omnibus linguis spm sanctu: q'a euangeliu dei p omnes linguas cursuru erat toto orbe terraru. Sigmficatum est illud. et transiit. Numquid modo quibus imponit² manus ut accipiant spm sanctu hoc expectat² ut linguis loquant²: aut quado inposuim⁹ manu istis infantibus attendit unusquisq uestru. utru linguis loquerentur: et cu uideret eos linguis non loqui. ita pucrso corde aliquis uestru fuit ut diceret: non acceperut isti spm sanctu. nam si accepissent. linguis loquerent² quemadmodu tuc factu est: Si ergo p hoc miraculu non fiat modo: testimoniu presentie spus sancti unde fit: Unde cognoscat quisq accepisse se spm sanctu: Interroget cor suu. Si diligit fratrem: manet sps dei in illo. Videat. probet se ipm coram oculis dei: uideat si est in illo dilectio pacis et ueritatis. dilectio celeste toto orbe terraru diffuse: non attendat ei solu diligere fratrem quem adtendit ante se. Alios em no uidem⁹ fratres nostros: et in unitate spus illis copulamur. Quid mru quia nobiscum non sum⁹: In uno corpore sum⁹: unu caput habemus in celo. Fratres: oculi nostri no se uident. quasi no se norunt: an in caritate compagmis corpalis norunt se: Nam ut nouerimus quia in coniunctione caritatis se norunt quido ambo

patent: non licet aliquid attendat dexter. quod non attendat sinister. Di
rige radiū dextrū sine altero si potes. Simul coeunt. simul diriguntur:
intencio vna est. loca diuersa sunt. Sic ergo omnis qui tecū diligit deū. vna
intencione tecum ht. Noli attendere quia corpore in loco seperatus est: a
ciem cordis simul fixistis in lumine caritatis. Ergo si uis nosse quia acce
pisti spm: interroga cor tuū. ne forte sacramentū habeas. et uirtutē sacra
menti non habeas: interroga cor tuū. si est dilectio fratris: securus esto.
Non pt esse dilectio sine spū dei. quia paulus clamat: caritas dei diffusa
est in cordibus nostris p spm sanctum qui datus est nobis. Dilectissimi: no
lite omni spiritui credere: quia dixerat in hoc cognoscimus quod manet i no
bis. de spū quem dedit nobis. Vnde aut cognoscitur ipe spus. attendite.
Dilectissimi: nolite omni spiū credere: sed probate spus si ex deo sut. Et qs
est qui probat spus? Difficilem rem nobis proposuit frs mei. Bonū est no
bis: ut ipe dicat vnde discernamus. Dicturus est. ne formidetis: sed primo
uidete. attendite. Videte hinc exprimi illud: unde uani heretici calūp
niantur. Attendite. videte quod ait: Dilectissimi. nolite omni spiū crede.
sed probate spus si ex deo sut. Spus sanctus noie aque appellatus est in
euangelio. dno clamante et dicente: Si quis sitit. ueniat ad me. et bibat.
Qui credit in me. aque uiue fluia fluet de uentre eius. Euangelista aut
exposuit. vnde diceret. Secutus em ait. hoc aut dicebat de spū que accepturi
erant qui in eū credituri erant. Quare no multos baptizauit dns? Sed
quid ait? Spus aut nondū erat datus: quia ihus nondū erat clarificatus.
Quare ergo illi baptismū habebant: et spm sanctū nondū acceperant. que
in die penthecostes misit dns de celo? Vt daretur spus sanctus expecta
batur clarificatio dni: et antequā clarificaretur. et antequā mitteret eū.
inuitabat tn hoies. ut se ppararent ad accipiendam aquā de qua dixit: qui
sitit. ueniat ad me et bibat. et qui credit i me fluia aque uiue de uentre
eius fluent. Quid est fluia aque uiue? Quid est illa aqua? Nemo me
interroget: euangeliū interroget. Hoc aut dicebat de spū: que accepturi
erant hij qui in eū credituri erant. Aliud ergo est aqua sacramenti: aliud
aqua que significat spm dei. Aqua sacramenti. uisibilis est: aqua spiritus.
inuisibilis. Ista abluit corpus. et significat quod fit in aia: p illū spm ipa
aia mudatur. et sagmatur. Ipse est spus dei: que no possut habere heretici.
Et quicūq se ab ecclia pciderut. et quicūq no aperte pcidut. sed p iniquitate
pcisi sunt. et intus tamquā palee uoluūtur. et grana no sut: non istum
habent spm. Iste spus noie aque adno significatus est. Et audiuimus ab
hac epla. nolite omni spiritui credere: et testantur uerba salomonis. ab aqua
aliena abstine te. Quid est aqua? Spus. Nūquid aqua semp spm signifi
cat? Non semp. sed quibusdam locis spm significat. quibusdā locis baptis
mū significat: quibusdā locis pplos significat. quibusdā locis cōsiliū signi
ficat. Habes quodam loco dictū: fons uite consiliū possedentibus eū. Ergo
p diuersa loca scripturarū nomē aque diuersa significat: nūc tn noie aq
spm sanctū audistis. non ex interptatoe nra. sed ex testimonio euangelij. vbi
